

* || ^{a)} **Regestorum domini Innocentii pape III.** * fol. 70r
nonus liber incipit.

^{a)} *Es beginnt Hand L.*

1.

Innocenz III. legt einem rücktrittswilligen Bischof die Gründe dar, die gegen seine Demission sprechen, trägt ihm auf, von einer solchen abzustehen, und würde sie ihm auch bei Vorliegen einer ausreichenden Begründung nur ungern
5 genehmigen.

Rom, St. Peter, 1206 März 1.

Reg. Vat. 7, fol. 70^v–72^r (Nr. 1).

Bréquigny, Diplomata, II/1 837, Nr. 1 = *Migne, PL*, 215, 801, Nr. 1. — *Comp.* III 1. 8. 4; *Bern.* 1. 9. 5; *Coll. Fuld.* 1. 7. 6; *X* 1. 9. 10. — *S. unten Abb. I.* — *Poth.* *Reg.* 2698; *Gallia Christiana*
10 *Novissima* III 316, Nr. 780.

Episcopo^{a, 1)}.

Nisi^{b)}, cum pridem^{b)} in officio pastoralis ad divinum servitium accessisti, preparasse te ad temptationem animum crederemus ac previdisse prudenter nequaquam in humana fragilitate consistere varios angustiarum anguores,
15 quos te in ipso sciebas officio perpeccurum, posse absque magno Dei adiutorio sustinere, formidarem utique, ne parvulos tuos postmodum ad petram allidere neglexisses eosque tantum in te permiseris invalescere, ut ipsorum suggerentium tibi suscepti ministerii cessionem instantie vix iam valeas repugnare; verum quoniam, sicut credimus, cum te scires contra spirituales
20 nequitias pugnaturum, armaturam Dei, qua posses stare contra insidias

vgl. Ps 136, 9

1. ^{a)} *Migne*: Calaritano [al. Tralatan., al. Arelaten., al. Claretan.] episcopo. ^{b-b)} -isi cu(m) p(ri)de(m) auf *Rasur. Am Rande*: dec(retalis), und von einer Hand des 15./16. Jhs.: h(oc) e(st) c(apitulu)m N(isi) cu(m) prid(em) de renu(n)ciac(i)o(n)e (*X* 1. 9. 10).

1. ¹⁾ Die ungewöhnliche Gestaltung der Adresse — „episcopo“ ist ausgeschrieben und in die
25 Zeile eingerückt — läßt annehmen, daß keine Ergänzung vorgesehen war. Handschriften des Bernardus und der *Compilatio III* führen in der Adresse verschiedene, auch inexistente, Bistümer und Erzbistümer (z. B. Bernardus Compostellanus: London, BL, ms. Harley 3834 fol. 226^v; Archiepiscopo Calaren.; *Comp.* III: Leipzig, MS 983 fol. 105^v; Kalarritano; München, elm 3879 fol. 167^v; Kalaritano; Badische LB Karlsruhe, MS XL fol. 138^{ra}; Katalantanensi); wohl als
30 plausibleste Variante daraus findet sich EB. Riccus von Cagliari (1198–1217) als Adressat bei FRIEDBERG, *Compilationes antiquae*, 107; DERS., *CorpIC*, II 107; BRÉQUIGNY, *Diplomata*, II/1 837; MIGNE (wie Anm. a); s. auch TOLA, *Codex*, I 304, Nr. 4; *Gallia Christiana Novissima* III 316, Nr. 780. Der Inhalt des Briefes bietet jedoch keinen konkreten Anhaltspunkt für eine Identifizierung, sondern stellt eher eine umfassende Argumentensammlung für den Fall, daß ein Bischof
35 Rücktrittswünsche äußern sollte, dar. Teile davon stehen in Br. VIII 208 (207) vom 1. Februar 1206, in welchem der Papst den B. Gilbert von Rochester auffordert, im Amt zu bleiben, ein Fall, der vielleicht das vorliegende Schreiben inspiriert hat; für weitere Anklänge s. Br. IX 171 (172) Anm. 5, 8 und 9 an den Elekten Peter von Ivrea.

temptatoris, ab Apostolo monitus induisti et inexpertus non ignorasti sollicitudinis pastoralis angustias, quas forsitan expertus abhorres, nescimus, cur tam instanter susceptum velis regimen inutiliter derelinquere, quod suscipiendum utiliter non deberes usquequaque vitare. Si enim in huiusmodi cessione frugem tibi sancioris vite promittis, scire te debes non esse sancti-
 ficato in utero sanctiorem et ideo non oportere te predicationis iam suscepte deserere ministerium, cum ille, cuius ante fieri baiulus recusabat, tandem predicandum receperit Dei verbum²⁾. Quodsi forsitan humilitatis causa de culmine queris pontificali descendere ac contra superni nutus arbitrium datum tibi per illud niteris deserere presulatum, eo ipso videris humilitatis erigere male verticem, quo te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum et per eam locum sublimem fugies et per obedientiam non dimittes.

Intueri³⁾ te itaque, venerabilis frater in Christo, volumus, quod hec sunt illa, propter que potest cedendi episcopus officio pastorali licentiam postulare³⁾: conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis irregularitasque persone. Sed in hiis omnibus est adhibenda discretio et observanda cautela. Propter conscientiam enim criminis cedendi pastorali officio potest licentia postulari et forsitan non cuiuslibet sed dumtaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam etiam penitentiam impeditur. Cum enim, quacumque hora peccator conversus fuerit, omnium iniquitatum suarum non recordari se Dominus fateatur et neminem esse sine peccato sacra scriptura testetur, apparet, quod non pro cuiuslibet criminis conscientia⁴⁾ quemquam cedere oporteat officio pastorali⁴⁾, cum si omnes, quos redarguit conscientia cuiuslibet culpe, cederent, pauci vel nulli forsitan in illo ministerio remanerent⁵⁾. In multis enim offendimus omnes, et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducemus⁶⁾, et veritas in nobis non est, que misericorditer illum excusat, qui miserabiliter se accusat.

Debilitas vero corporis causa est, propter quam aliquis potest petere ab onere sollicitudinis pastoralis absolvi, que videlicet vel ex infirmitate vel ex senectute procedit, nec tamen omnis sed illa solummodo, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. Nam si pro qualibet corporali debilitate susceptæ servitutis officium posset deserere, frustra se fateretur Apostolus in suis infirmitatibus gloriari, et senectute gravatus quispiam a cura se non debet omnino pastoralis regiminis excusare, cum interdum non plus

²⁾ *Am Rande drei Punkte und ein Strich.* ⁴⁾ *Migne:* conscientiam. ⁶⁾ *Migne:* seducimus.

²⁾ Der Prophet Jeremias. Vgl. Ir 1, 5—9 und *Glossa ordinaria* zu X 1. 9. 10 ad v. *cum ille*.

³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 6 q. 3 c. 3 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 562); *JL* 11369 (Alexander III.) = Comp. I 1. 5. 1 (FRIEDBERG, *Compilationes antiquae*, 3f.); *JL* 14008 (Alexander III.) = Comp. I 1. 5. 2 = X 1. 9. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 102).

⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 8 q. 3 c. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 599).

⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 25 p. c. 3 § 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 92).

hortetur senilis debilitas eum cedere quam moralis maturitas, que in senibus solet esse, ipsum in suo suadeat officio permanere. Pro talibus enim de se dicit Apostolus: «Cum infirmor, tunc fortior sum», quia nonnumquam infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat. vgl. 2Cor 12, 10

5 Pro^{f)} defectu quoque scientie plerumque potest quis pastoralis officii petere cessionem, quia, cum ipsa circa spiritualium amministrationem sit po*^ttissimum necessaria et circa curam temporalium oportuna, presul, qui * fol. 70^r commissam sibi debet ecclesiam regere in utrisque, salubriter eius regimini abrenuntiat, si scientiam, in qua ipsam regat, ignorat, quoniam, cum subiec-
10 tos docere habeat, quid facere debeant, quid cavere, nec bene docebit eos, quod nescierit ipse, fugere nec illud, quod ignoraverit, exercere. «Tu enim», inquit Dominus, «scientiam reppulisti, et ego te repellam, ne sacerdotio mihi fungaris⁶⁾. Quamquam etsi desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo Os 4, 6
15 caritas autem edificat, et ideo imperfectum scientie supplere potest perfectio caritatis. 1Cor 8, 1

Propter malitiam quoque plebis cogitur interdum prelatus ab ipsius regimine declinare, quando^{g)} plebs^{h)} adeo dure cervicis existit et in rebellione sua ita pertinax invenitur, ut proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius
20 duritiam quo magis proficere satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur dicente Domino ad prophetam: «Linguam tuam adherere faciam palato tuo, quia domusⁱ⁾ exasperans^{j)} est», et apostoli leguntur dixisse Iudeis: Ez 3, 26
«Ecce, ad^{k)} gentes convertimur^{k)}, quia vos^{l)} fecistis indignos». Non tamen pro vgl. Act 13, 46
qualibet culpa pastor debet deserere gregem suum, ne forte mercenario
25 comparetur, qui videt lupum venientem et dimittit oves et fugit, sed de superioris licentia tunc demum potest non tam timide fugere quam provide declinare, cum oves convertuntur in lupos et, qui debuerant humiliter obedi- vgl. Mt 7, 15
re, iam irrevocabiliter contradicunt; cum etsi tales graviter sint pro crimine puniendi, sint tamen pro tempore utiliter tolerandi, quia sanguinem elicit,
30 qui nimis emungit^{m)}. Pro gravi quoque scandalo evitando, cum aliter sedari non potest, licet episcopo petere cessionem, ne plus temporalem honorem quam eternam videatur affectare salutem, memor illius, quod dicit Aposto- vgl. Prv 30, 33
lus: «Si esca scandalizaverit fratrem meum, non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizemⁿ⁾. Sed inter scandalum et scandalum est
35 subtiliter distinguendum, sicut Dominus ipse distinxit, cui cum dixissent apostoli: «Scis, quia Pharisei audito hoc verbo scandalizantur», respondit: 1Cor 8, 13
«Sinite, ceci sunt duces cecorum». Alibi vero dixit: «Qui scandalizaverit unum Mt 15, 12
Mt 15, 14

^{f)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{g)} Darnach eine Rasur von 4 mm. ^{h)} -bs teilweise auf Rasur. ⁱ⁾ Migne: Dominus. ^{j)} exasperans. Die Emendation schon bei Migne. ^{k-k)} Migne: convertimur ad gentes. ^{l)} Migne ergänzt: verbi Dei. ^{m)} Migne: emungat. ⁿ⁾ Am Rande drei Punkte und ein Strich.

⁶⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 38 c. 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 142).

de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in^{o)} collo eius et demergatur in profundum. Nam etsi necesse sit, ut scandala
 vgl. Mt 18, 6f. veniant, ve tamen homini illi, per quem scandalum venit».

Persone vero irregularitas, ut si forte sit bigamus vidueque maritus⁷⁾, est
 causa, propter quam licentiam petere potest aliquis resignandi pontificii 5
 dignitatem Apostolo attestante, qui dicit: «Oportet episcopum esse unius
 1Tim 3, 2 uxoris virum». Non tamen propter quamlibet irregularitatem persone debet
 ei, qui regulariter ministravit, cedendi licentia indulgeri, ut puta, si de legi-
 timo matrimonio non sit natus⁸⁾, quia, licet irregularitatem huiusmodi non
 debuerit subterfugere, si tamen et culpa latet et causa, cum eo, qui laudabiliter 10
 suum implevit officium, iniuncta sibi penitentia competenti potest non mi-
 nus utiliter quam misericorditer dispensari⁹⁾. «Ego sum», inquit Deus, «zelotes
 vindicans peccata patrum^{p)} in filios usque in tertiam et quartam progeniem
 vgl. Ex 20, 5 in hiis, qui oderunt me», id est in illis, qui contra me paternum odium imi-
 tantur. Unde patet, quod illis, qui paterna vitia non sequuntur, proprie 15
 possunt in talibus suffragari virtutes illo discretionis adhibito moderamine,
 ut^{q)} inter nothos et manzeres, naturales et spurios distinguatur¹⁰⁾.

Cum autem plerumque vitia se virtutes esse menti minus provide menti-
 antur, subtiliter advertere^{r)} te oportet, utrum resignandi propositum, quod
 * fol. 71r tam ferventer gestare videris in pectore, dignum sit * Dei odio vel amore. Si
 enim propter causam aliquam premissarum cedere postulares, tam super
 causa quam super eius effectu pariter doleremus, sed ne sub improvide pie-
 tatis amictu ad resignandum detestabilis impietas te impellat, considerare te
 volumus et alias esse causas, propter quas male quis petit et peius appetit
 officium huiusmodi resignare. Si enim ex pusillanimitate fortassis, ut laborem 25
 deponat vel persecutionem effugiat, aut ex vanitate — quod absit —, ut
 plenius vacet otiiis seu liberius indulgeat voluptatibus, curam vult aliquis
 deserere pastorem, ab ea non meretur absolvi, quamvis per huiusmodi
 vanitatem tamquam qui mortaliter peccat ea se reddat indignum, sed sata-
 gere debet, ut vanitate deposita satisfaciatur de peccato. Aliam vero cedendi 30
 causam omnino credimus detestandam, si quis videlicet a pontificali velit

^{o)} *Korr. aus eo.* ^{p)} *Migne: patris.* ^{q)} *Über der Zeile nachgetragen.* ^{r)} *-d- über der Zeile nachgetragen.*

⁷⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 26 c. 5; D. 34 c. 8, 10; D. 50 c. 56, 59; C. 27 q. 2 p. c. 29 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 98, 127f., 199, 1072). 35

⁸⁾ Vgl. Conc. Lat. III, c. 3 (*COD*² 212) = Comp. I 1. 4. 16 = X 1. 6. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 51f.); *JL* 14121 (Alexander III.) = Comp. I 1. 10. 5 = X 1. 18. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 142f.).

⁹⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 56 p. c. 1, c. 13, 14; D. 50 c. 24 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 219, 223, 186f.). 40

¹⁰⁾ Als *nothus* galt ein im Ehebruch gezeugtes Kind; *manzer* war das Hurenkind; *naturales* und *spurii* stammten von Konkubinen. Vgl. Petrus Comestor, *Historia scholastica*, Liber Deuteronomii c. 12 (MIGNE, *PL*, 198, 1255 C), und Stephan von Tournai, *Summa* zu D. 26 c. 3 (Ed. SCHULTE 40). S. auch BLATT, *Novum Glossarium*, M—N 183, 1104f., 1410f.

descendere dignitate, ut gloriam captet humanam, tamquam eligat abiectus esse in domo Domini magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, vel ut mundanum non ammittat favorem^{s)}, quem per ypocrisin acquisivit, sive quod eius simulatio revelari iam incipit sive quod fervor ipsius ex qualibet
 5 causa tepescit nec vult videri, quod malus fuerit aut quod fiat, et ideo sub religionis pretextu suam vult contegere pravitatem, ut quasi deserens Martham amplexetur Mariam et Lie fastidiens lippitudinem Rachelis pulcritudinem concupiscat.

vgl. Ps 83, 11

vgl. Lc 10, 38—42

vgl. Gen 29, 17

Quid autem, si propterea velit cedere, quod tempore prosperitatis arridente fortuna visus est laudabiliter ministrasse, quoniam omnia sibi prospere succedebant, sed adversitatis tempore imminente veretur, ne, si quolibet casu sinistra contingant, ipsius negligentie imputetur? Plane si propter hoc petit cedere, naute se potest improvido comparare, qui, cum mari sub tranquillitate iacente sine multo labore navis exercuerit gubernaculum, ipsam tempestate surgente deserit et devenire patitur in profundum^{t)}. Illam quoque cedendi causam penitus detestamur, si forte cedere velit episcopus, ut alter sibi succedat vel obtentu pretii vel affectu carnali vel ut, cum peior sibi successerit, ipse velud optimus extollatur. Illud autem quasi nefas respuimus et dampnamus, quod episcopus propter occupationes mundanas et sollicitudines seculares non valeat sine crimine pontificale officium exercere, cum multos sanctos ecclesia veneretur, qui spiritualia simul et temporalia ministrarunt. Verumtamen leva debet esse sub capite et dextera in amplexu.

vgl. Ct 2, 6; 8, 3

Sed et illud te volumus advertere diligenter, ne forte per hoc tue dispositionis propositum effici velis ex illis, de quibus dicitur per prophetam: «Filii Effrem intendentes arcum et mittentes sagittas conversi sunt in die belli», cum potius pro domo Isr(ae)l murum debeas te opponere ascendentibus ex adverso, quia iuxta sententiam veritatis non qui ceperit, sed qui perseveraverit, salvus erit, cavens attente, ne maculam in gloria tua ponas non solum apud homines sed etiam apud Deum, quoniam sub hoc pallio te non poteris occultare nedum apud Deum, qui renes rimatur et corda, sed nec etiam apud homines, qui ex verisimilibus coniecturis talia suspicantur. Illudque prudenter attendas, quod iuxta sententiam Sapientis sanctus spiritus discipline effugit fictum et auferet se a cogitationibus, que sine intellectu consistunt. Si vero pro tuenda ecclesie libertate difficultatis onus incurrere pertimescis, non ideo deserere debes presulatus honorem, considerans diligenter, ne forte iusto iudicio temperis ab illo, qui malorum est intemptator, ut probet^{u)}, utrum satisfacere velis in eo, in quo forsitan deliquisti. Qui vero contempnit aut negligit satisfacere pro delicto, thesaurizat sibi iram in die ire, cum revelabit Deus abscondita tenebrarum.

vgl. Ps 77, 9

vgl. Ez 13, 5

vgl. Mt 10, 22; 24, 13
vgl. Sir 47, 22

vgl. Ps 7, 10; Ier 11, 20; 17, 10; Apc 2, 23

vgl. Sap 1, 5

vgl. Iac 1, 13

vgl. Rm 2, 5

vgl. 1Cor 4, 5

40 Ecce quidem admovimus^{v)} tibi speculum, ut te ipsum contempleris in ipso tuamque conscientiam perscrutatus agnoscas, ex qua causa cedendi licenti-

^{s)} Migne: honorem. ^{t)} Am rechten Rand von einer Hand des 13. Jahrhunderts; Nota comparisonem; am linken Rand eine verweisende Hand. ^{u)} Migne: probetur. ^{v)} Korr. aus admovim(us).

* fol. 71^r am postules * importune. Nos enim — novit Altissimus — ignoramus, quare in cedendi proposito perseveres, quoniam nec infirmitas corporis nec longevitas temporis nec defectus scientie nec malitia plebis nec irregularitas persone te reddit ineptum neque conscientiam sevi criminis te fateris habere. Verum si propter alias causas cessionem affectas^{w)}, non est in hoc postulanti favendum, cum huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam — ut id tamquam notissimum omittamus, quod otiositas et voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseris animas captivandas — propter laboris angustias aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam tuam, cui te fide media copulasti, sciens, quod beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se. Sed dices, quod spiritus ubi vult spirat, et nescis, unde veniat aut quo vadat, et ideo non est, qui possit vias illius spiritus perscrutari; qui vero spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quoniam ubi spiritus Dei, ibi libertas¹¹⁾, quare si cedendi licentia tibi ab homine data non fuerit, nichilominus tamen cedes, quia data est tibi cedendi libertas a Deo. Certe desipis, si sic sapis. Nam quomodo spiritu Dei agitur, qui contra spiritum Dei agit? Si enim vera sunt, que premisimus, immo quia indubitanter sunt vera, procul dubio contra spiritum Dei agit, qui aliquid horum contra veritatem attemptat, quoniam ipse est spiritus veritatis. Porro si dicas, quod forsan est alia latens causa, propter quam cedendi voluntas tibi celitus inspiratur, et nos siquidem respondebimus^{s)}: Tu quomodo seis, quod talis inspiratio sit celestis? Nonne recolis, quid ille gloriosus pontifex¹²⁾ dixerit, cum cepisset viribus corporis repente destitui? «Domine», inquit, «si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; fiat voluntas tua», illius secutus exemplum, qui dixerat: «Cupio dissolvi et esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos».

Quia igitur diversas tibi causas super hac causa distincimus et, propter quam earum cedere desideres, ignoramus, te ipsum tibi duximus committendum, ut de proprie mentis tribunali te iudicans videas, si sic possis resignandi desiderio satisfacere, ut gregis tibi commissi curam sine culpa valeas declinare. Si enim cedendo proficere appetis tibi soli, profectui tuo sine dubio tantum subtrahis, quantum, quod impendere poteras, aliis^{v)} non impendis,

^{w)} *Migne*: affectes. ^{s)} *Migne*: respondemus. ^{v)} *Das zweite -i- über der Zeile nachgetragen.*

¹¹⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 19 q. 2 c. 2 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 840).

¹²⁾ Der Hl. Martin von Tours. Vgl. *Glossa ordinaria* zu X I. 9. 10. Das folgende Zitat geht auf einen der an die Martinsvita angeschlossenen Briefe zurück: Sulpicii Severi Epistulae, Ep. III 11 (*CSEL* I S. 148 Z. 16f.), wird auch im Br. VII 210 Bd. 7 S. 371 Z. 14 (vgl. *ebd.* S. 494) und ausführlicher mit explizitem Bezug auf den Hl. Martin im Br. XII 15 (MIGNE, *PL*, 216, 27A) 40 verwendet. Unmittelbare Quelle könnte auch die Liturgie des Martinstages sein, in der der Satz mehrfach als Responsorium Verwendung fand. Vgl. HESBERT, *Corpus Antiphonalium*, IV 96, 117f., 131, 313, Nr. 6377, 6463, 6513, 7258; vgl. auch VAN DLJK, *Ordinal*, 451—453, bes. 452 Z. 1f., 14.

quia tunc maiora tue anime lucra conquireres, cum non sine tua salute salutem plurium procurares: Potioris est enim meriti secum Deo quemquam plurimos lucrifacere quam salutem propriam querere sine illis, quorum salus ad eius curam noscitur pertinere. Quippe si quantacumque virtutum dote
5 refulgeas et in te non habeas caritatem, nichil comproberis habere, sub quo virtutis pretextu deponere queris onus pastoralis sollicitudinis, quod vix potest absque iactura deseri caritatis? Nulla quidem maior poterit esse caritas, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Cum autem propter
10 hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere, nulla occasione, dummodo proficere ipsis possis, etsi non omnibus tamen multis, ab eorum regimine te convenit excusare, quoniam, si laboris causam pretendis, exemplum te Apostoli sublevabit, qui suadet tibi laborem huiusmodi non refugere, dum se asserit pro communi salute plus ceteris laborasse, quia licet non semper
15 sequatur laborem effectus, nichilominus tamen ipse labor est meritorius apud Deum, iuxta quod legitur: «Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum». Sed esto, quod multum hactenus laboraris et «bonum¹³⁾ certamen certavi²⁾» cum eodem Apostolo possis dicere; tamen ut corona tibi iustitiae de reliquo reponatur, cursum te decet perfecti operis consummare. Quantumlibet
* enim in angustiarum doloribus, qui^{aa)} comitantur officium pastorale, noctes
20 tibi laboriosas enumeres et tamquam fatigatus servus^{bb)} umbram quietis affectes, quantumlibet inter vie squalores angustians patrie dilectione traharis et velud emeritus mercennarius operis tui finem anxius prestoleris, expedit tibi tamen virtutem in infirmitate^{cc)} perficere ac pugnam tuam perseverantia coronare; sciensque, quod apud extraneum defixeris manum
25 tuam, cum animas tibi commissi gregis in tuam animam suscepisti, non sic debes portum tibi quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum filios sine remigis adiutorio patiaris in hoc mari magno et spatioso cum timore naufragii fluctuare¹³⁾. Nec putes, quod ideo Martha malam partem elegerit, que circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, que
30 non auferetur^{dd)} ab ea, quoniam licet illa sit magis segura, ista tamen est magis fructifera, et licet illa sit magis suavis, ista tamen est magis utilis, cum in fecunditate sobolis lippitudo Lie Rachelis pulcritudini sit prelata, quamvis simul in unum et contemplativus esse valeas et activus legisla-
35 toris exemplo, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum maiori cerneret libertate, nunc vero descendebat in castra, ut cum utilitate maiori necessitatibus populi provideret. Quapropter facilius indulgetur, ut monachus ad presulatum ascendat, quam presul ad monachatum descendat.

vgl. Io 15, 13

vgl. 1Cor 15, 10

vgl. Sap 10, 17

2Tim 4, 7

vgl. 2Tim 4, 8.7

* fol. 72r

vgl. Iob 7, 3

vgl. Iob 7, 2

vgl. Iob 7, 2

vgl. 2Cor 12, 10

vgl. Prv 6, 1

vgl. Ps 103, 25

vgl. Lc 10, 40—42

vgl. Gen 29, 16f.31

vgl. Ex 24, 13—18; 34, 4f.

vgl. Ex 32, 15; 34, 29

²⁾ *Migne*: certaveris. ^{aa)} q- *unterpungiert*. ^{bb)} *Migne*: cervus. ^{cc)} -ta- *über der Zeile*
40 *nachgetragen*. ^{dd)} *Migne*: aufertur.

^{13—13)} Vgl. Br. VIII 208 (207) Bd. 8 S. 361 Z. 18—S. 362 Z. 5.

Monemus ergo fraternitatem tuam et hortamur attentius per apostolica scripta mandantes, quatinus¹⁴⁾ illam vocem Dauidice imprecationis abhorrens tibi que formidans eam per effectum operis adaptari, que dies impii paucos fieri, ut episcopatum eius alter accipiat, imprecatur, laborem pastoralis regiminis non recuses iactansque tuum in Domino cogitatum nichil contra voluntatem Altissimi statuas de te ipso, qui, cum te suo viderit esse populo necessarium¹⁴⁾, forsitan grave ferret, cum ipsum a te contingeret esse neglectum, ac fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te recipere, qui sibi apud te divertenti sprevisse cum Martha sollicita ministrare. Illud quoque te debet fortius in ministrandi proposito stabilire, quia, cum hactenus in ecclesia tibi commissa laudabiliter ministraris, si — quod absit — alius te cedente minus utilis assumeretur ad ipsam, profecto non parum in ipsa quiete quam appetis turbareris, cum, ubi bene tuum exercueras ministerium, non absque dolore cernereres inutilis ministri defectum fieretque, ut tantum in contemplationis arce tibi deperisse cognosceres, quantum ecclesie, cui presides, non sine tua confusione per te subtractum esse^{ee)} videres. Quia vero tam per te quam per nuntios et litteras tuas apud nos iam nimis in postulando cedendi licentiam institisti, ecce te tibi duximus relinquendum, ut distinctis tibi causis, propter quas cedere oporteat vel non cedere, si propter aliquam causam utilem et honestam in huiusmodi proposito perseveres, de licentia nostra cedas, quod tamen grave nobis plurimum esse noveris et molestum. Alioquin cedendi licentiam auctoritate apostolica tibi scias esse penitus interdictam, quoniam, etsi pennas habeas, quibus satagas in solitudinem avolare, ita tamen astrictae sunt nexibus preceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum¹⁵⁾. Quodsi tua denique te voluntas impulerit ad volandum^{ff)}, volumus et mandamus, ut litteras istas in audientia capituli tui facias recitari.

Datum Rome apud sanctum Petrum, Kal. Martii, pontificatus nostri anno nono.

2.

30

Innocenz III. befiehlt den Erzbischöfen (Peter) von Compostela und (Martin) von Toledo und den Bischöfen (Peter) von Coimbra und (García) von Tarazona, im Konflikt zwischen dem König (Alfons IX.) von León einerseits und dem König (Alfons VIII.) von Kastilien und dessen Tochter (Berengaria) andererseits um (dreißig) Burgen gemäß dem an sie ergangenen päpstlichen Mandat

^{ee)} e(ss)e über der Zeile nachgetragen. ^{ff)} -d- korr.

¹⁴⁻¹⁴⁾ Vgl. Br. VIII 208 (207) Bd. 8 S. 362 Z. 7f., 14—17 und oben Anm. 12.

¹⁵⁾ Aus *JL* 14008 (Alexander III.) = Comp. I 1. 5. 2 = X 1. 9. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 102).

(,die Rückstellung der Burgen an den König von León oder deren Auslieferung an die Delegaten zu erwirken, andernfalls über Berengaria, ihre Eltern und alle Beteiligten die Exkommunikation und das *interdictum deambulatorium* zu verhängen.) vorzugehen und für die Exekution in den jeweiligen Reichen zu sorgen.
5 gen.

Rom, (St. Peter,) 1206 März 2.

Reg. Vat. 7, fol. 72^r—72^v (Nr. 2).

Pitra, *Analecta novissima*, I 508, Nr. 21; Delisle, *Lettres*, 415, Nr. 17; Mansilla, *Documentación*, 358, Nr. 331; Da Costa-Marques, *Bulário*, 230, Nr. 111. — Bréquigny, *Diplomata*, II/1 842, Nr. 2; 10 Migne, *PL*, 215, 810, Nr. 2; Poth. Reg. *2699.

.. Compostellano¹⁾ et .. Toletano²⁾ archiepiscopis et .. Colimbriensi³⁾ et ..
Tirasonensi⁴⁾ episcopis.

* (I) Negotium^{a)}, quod inter karissimos in Christo filios nostros .. regem * fol. 72^r
Legionensem⁵⁾ illustrem ex una parte et .. regem Castelle⁶⁾ ac .. filiam eius⁷⁾
15 ex altera super quibusdam vertitur castris⁸⁾, vobis sub certa forma recolimus
commisisse⁹⁾. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus
et in virtute obedientie districte precipimus, quatinus in ipso negotio iuxta
formam priorum litterarum sublato appellationis obstaculo procedatis, at-
tentius provisuri, ut quilibet vestrum per terram reg(is) sui studiose procu-
20 ret, qualiter mandatum nostrum possit executioni mandari.

Datum Rome, VI Non. Martii, anno nono.

2. a) Die Initiale auf Rasur. Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.

2. 1) Pedro Suárez de Deza, EB. von Santiago de Compostela 1173—1206 April 16. Vgl. *DHEE* IV 2201; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 331.

25 2) Martín (I.) López de Pisuerga, EB. von Toledo 1192—1208. Vgl. RIVERA RECIO, *Arzobispos*, 39—44; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 387.

3) Pedro Soares, B. von Coimbra (Suffr. von Braga) 1192—1232, gest. 1233. Vgl. *Dicionário de História Religiosa de Portugal* II 135; UBIETO ARTETA, *Listas*, I 110.

30 4) García Frontín, B. von Tarazona (Suffr. von Tarragona, ht. Zaragoza) 1195—1219. Vgl. *DHEE* IV 2565; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 373.

5) Alfons IX., König von León 1188—1230.

6) Alfons VIII., König von Kastilien 1158—1214.

7) Berengaria (Berenguela) (1180—1246; vgl. *LMÄ* I [1980] 1941f.), die 1197 Alfons IX. von León geheiratet hatte und die, nachdem Innocenz III. jahrelang gegen diese Verbindung zwischen Blutsverwandten vorgegangen war (s. Br. I 92, 93, II 72 [75], VI 80), 1204 zu ihrem Vater zurückgekehrt war: Br. VII 68 (67), 93, 94; vgl. GONZÁLEZ, *Alfonso VIII*, Bd. I 725—735; GONZÁLEZ, *Alfonso IX*, Bd. I 91—117; O'CALLAGHAN, *Castile and Leon*, 319—325.

8) Es handelt sich um 30 Kastelle in León, welche Alfons IX. Berengaria im Ehevertrag von 1199 zu ihrer Sicherstellung übertragen hatte (vgl. GONZÁLEZ, *Alfonso IX*, Bd. I 92—95, II 194—197, Nr. 135) und welche sich diese zurückzugeben weigerte. S. Br. VII 93 Bd. 7 S. 148 Z. 15—149 Z. 5. Am 26. März 1206 einigten sich die Könige von Kastilien und León im Vertrag von Cabreros darauf, die Kastelle dem zum Nachfolger in León bestimmten Sohn Berengarias und Alfons' IX., Ferdinand, zu übertragen: FERNÁNDEZ CATÓN, *Colección*, VI 166, Nr. 1786.

9) Br. VII 93 vom 20. Juni 1204.

3.

Innocenz III. beantwortet dem Erzbischof (Martin) von Braga Fragen hinsichtlich des Fastens in der Vigil der Apostelfeste und anderer Festtage und im Advent; der Liturgie bei Messen zu Ehren des Heiligen Geistes, Marias oder des Heiligen Kreuzes an Vortagen von Festen; über die Zulässigkeit, in der Fastenzeit oder samstags aus Not Fleisch zu essen.

Rom, St. Peter, 1206 Februar 21.

Reg. Vat. 7, fol. 72^r (Nr. 3).

Bréquigny, Diplomata, II/1 842, Nr. 3 = Migne, PL, 215, 810, Nr. 3; Mansilla, Documentación, 355, Nr. 329; Da Costa-Marques, Bulário, 227, Nr. 109. — Comp. III 3. 33. 2, 3. 35. 2; Alan. 6. 11; Alan. K. 6. 5. 2; Bern. 3. 32. 2, 3. 34. 2; Coll. Salm. 3. 29. un.; Coll. Fuld. 6. 3. 1; X 3. 41. 4, 3. 46. 2. — Poth. Reg. 2692.

.. Bracarensi archiepiscopo¹⁾.

| **C**onsilium^{a)} nostrum super quibusdam articulis requisisti: Utrum videlicet sit in omnibus apostolorum vigiliis ieunandum, cum plures asserant non esse ieunandum in omnibus, sed sex tantum; utrum etiam ieunandum sit in Adventu, cum inde sentiant diversi diversa quibusdam dicentibus sed paucioribus ieunandum esse tunc temporis, pluribus vero se ad hoc asserentibus non teneri; utrum insuper, si festum illorum, quorum vigiliis ieunamus, secunda feria celebrari contingat, in precedenti sabbato sint vigilie faciende. Nos autem tibi super hoc taliter respondemus, quod apud nos omnium^{b)} apostolorum vigilie in observatione ieiunii celebrantur preter vigiliis sanctorum Philippi et Iacobi et beati Iohannis Evangeliste, quoniam illorum festivitas infra sollempnitatem Paschalem²⁾, istius autem infra Natalem Domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in Adventu Domini agitur, et sanctorum vigiliis, quorum festivitates oportet secunda feria celebrari, ieunamus in sabbato precedenti³⁾. De festivitate vero beati Bartholomei apostoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quosdam, tibi petenti consilium respondemus, quod in hoc tue consuetudinem regionis observes.

Insuper^{c)} requisisti, utrum in diebus profestis, in quibus ad honorem sancti Spiritus, beate Virginis et sancte Crucis missam celebrare^{d)} contingit,

3. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: dec(retalis), von einer Hand des 15./16. Jhs.: de observati(one) ieiunio(rum) (X 3. 46. 2), und darunter eine Rasur. Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{b)} Migne: omnes. ^{c)} Fehlt bei Migne. ^{d)} Migne: celebrari.

3. ¹⁾ Martin Pires, EB. von Braga 1189—1209. Vgl. FERREIRA, *Fastos*, I 348—362; *Dicionário de História Religiosa de Portugal* II 134.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 76 p. c. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 270).

³⁾ Da die Vortage großer Feste als Fasttage zu halten waren, konnte, wenn das Fest auf einen Montag fiel, ein Widerspruch zum Fastenverbot für Sonntage entstehen. Vgl. *Decretum Gratiani* D. 30 c. 7; C. 26 q. 7 c. 6; De cons. D. 3 c. 14f. (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 108, 1042f., 1356). Vgl. Br. VII 150 Bd. 7 S. 247 Z. 1f.

ymnus angelicus, simbolum ac prefatio propria debeant decantari, presertim cum in partibus tuis in honore^{e)} beate^{f)} Virginis in sabbatorum diebus missa sollempniter celebretur. Ad quod utique respondemus, quod apud nos in diebus profestis, cum celebrantur missarum sollempnia in honorem beate
 5 Virginis, neque ymnus angelicus neque simbolum canitur, licet in missa propria prefatio decantetur, ut inter commemorationem et sollempnitatem differentia ostendatur; unde «Te Deum laudamus» regularius dimittitur quam dicatur in laudibus matutinis.

Cum autem quesieris, que sit illis penitentia iniungenda, qui diebus quadragesimalibus tempore illo, quo tante famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annone periret, carnes comedere sunt coacti, tibi breviter respondemus, quod in articulo illos non credimus puniendos, quos tam^{g)} urgens necessitas excusavit^{h)}; preces tamen Domino pro illis et cum illis, ne ipsis aliquatenus imputetur, quia bonarum mentium est ibi
 15 timere pro culpa, ubi minime repperiturⁱ⁾, effundas. Item de illis, qui in sabbato iuxta terrarum consuetudinem aliarum propter debilitatem, quam in se sentiunt, carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consuevit^{j)}, cum hoc ab aliis moleste feratur et oriatur inde illis occasio detrahendi, tale damus tibi responsum, quod super hoc tue consuetudinem regionis facias
 20 observari, sic tamen, quod debilibus et infirmis propter hoc periculum non emergat.

Preterea postulasti apostolicum responsum habere de illis, qui in quadragesima vel in aliis ieiuniis sollempnibus infirmantur et petunt sibi esum carniū indulgeri, quorum quidam promittunt propter hoc elemosinam se
 25 facturos, quidam vero propter necessitatem infirmitatis urgentis hoc a te sibi quasi ex debito concedi requirunt. Super quo tibi duximus respondendum, quod, cum non subiaceat legi necessitas^{k)}, desiderium infirmorum, cum urgens necessitas exigit, supportare potes et debes, ut maius in eis periculum evitetur.

30 Datum Rome apud sanctum P(etrum), VIII Kal. Martii, pontificatus nostri anno octavo^{h)}.

^{e)} *Migne*: honorem. ^{f)} *Migne ergänzt*: Mariae. ^{g)} *Migne*: tantum. ^{h)} *Davor eine kleine Rasur*.

⁴⁾ *Decretum Gratiani* De cons. D. 1 c. 11; Comp. I 5. 37. 12 = X 5. 41. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, 35 I 1297, II 927). Vgl. PENNINGTON, *Ius commune*, 351f., 360f.

⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 5 c. 4 § 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 9).

⁶⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 12 c. 11 § 1; De cons. D. 3 c. 13 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 29, 1355f.).

⁷⁾ S. oben Anm. 4 und *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 p. c. 39 VI pars (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 40 374). Vgl. auch WALTHER, *Proverbia*, III 75, Nr. 16295c.

4.

Rechtsauskunft für den Erzbischof (Martin) von Braga: Allen Klerikern der Erzdiözese Braga ist bei Strafe der Exkommunikation für beide Teile zu verbieten, sich freiwillig und zur Wiedergutmachung von Laien schlagen zu lassen.

5

Rom, St. Peter, 1206 Februar 23.

Reg. Vat. 7, fol. 72^r—73^r (Nr. 4).

Bréquigny, Diplomata, II/1 843, Nr. 4 = Migne, PL, 215, 812, Nr. 4; Mansilla, Documentación, 357, Nr. 330; Da Costa-Marques, Bulário, 229, Nr. 110. — Comp. III 5. 21. 10; Alan. 5. 21. 14; Alan. K. 5. 23. 9; Bern. 5. 22. 17; Coll. Fuld. 5. 21. 41; X 5. 39. 36. — Potth. Reg. 2693.

10

.. Bracarensi archiepiscopo¹⁾.* fol. 73^r

* Contingit^{a)} interdum in partibus tuis et de consuetudine regionis habetur, sicut tua nobis fraternitas intimavit, quod clerici, si quem offendant et satisfacere velint offenso, secundum morem patrie, quem inter se laici iam observant, corpora sua sponte supponunt triginta vel decem seu pluribus aut paucioribus percussionibus fustium, quas frequenter non coacti suscipiunt sed volentes, non solum de aliorum clericorum manibus sed etiam laicorum. Unde nos humiliter consulebas, utrum huiusmodi percussores in canonem incidant sententie promulgate²⁾.

Nos autem fraternitati tue super hoc taliter respondemus, quod huiusmodi manus iniectio, etsi non violenta, tamen iniuriosa videtur, cum ille canon non tam in favorem clerici ordinati quam in favorem ordinis clericalis fuerit promulgatus, et ideo volumus et mandamus, ut id decetero prohibeas attemptari per provinciam Bracarensem. Si quis autem clericus post prohibitionem huiusmodi se sponte subiecerit tali pene vel laicus in eum talem penam iniecerit, excommunicetur uterque, proviso, ut clericus iniuriam passo sine iniuria clericali satisfaciatur competenter, quatinus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VII Kal. Martii, pontificatus nostri anno nono.

30

4. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: dec(retalis), und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de sen(tentia) exco(mmunicationis) (X 5. 39. 36). Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.

4. ¹⁾ S. Br. IX 3 Anm. 1.

²⁾ *Decretum Gratiani* C. 17 q. 4 c. 29; vgl. *ebd.* C. 11 q. 3 p. c. 24 § 3; C. 17 q. 4 p. c. 20 § 1 35 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 822, 651, 820).

5.

Rechtsauskunft für den Erzbischof (Tore) von Trondheim: Eine Taufe von Kindern, die ohne Priester und in Ermangelung von Wasser mit Speichel vorgenommen wurde, ist ungültig.

5

Rom, St. Peter, 1206 März 1.

Reg. Vat. 7, fol. 73^r (Nr. 5).

Bréquigny, Diplomata, II/1 844, Nr. 5 = Migne, PL, 215, 812, Nr. 5. — Comp. III 3. 34. 3; Alan. 6. 4; Alan. K. 6. 1. 2; Bern. 3. 33. 3; Coll. Fuld. 6. 2. 3; X 3. 42. 5. — Poth. Reg. 2696; Storm, Regesta Norvegica, I 34, Nr. 198; Gunnes, Regesta Norvegica, I 121, Nr. 319.

10

.. Nidrosiensi archiepiscopo¹⁾.

Non^{a)} ut apponeres tibi scientiam, sicut credimus, sed ut per oraculum verbi nostri tuorum ignorantiam subditorum melius erudires, apostolicum tibi responsum fieri postulasti, utrum parvuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo constitutos propter aque penuriam et absentiam sacerdotis aliquorum simplicitas in capud ac pectus et inter scapulas pro baptismo salive conspersione linivit. Cum igitur in baptismo duo semper^{b)}, videlicet verbum et elementum, necessario requirantur²⁾, iuxta quod de verbo Veritas ait: «Euntes in mundum universum baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti», eademque dicit^{c)} de elemento: «Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum»³⁾, dubitare non debes illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumque predictorum sed eorum alterum est omissum⁴⁾.

vgl. Mt 28, 19;
Mc 16, 15
vgl. Io 3, 5

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Kal. Martii, pontificatus nostri anno nono.

25 5. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.

^{b)} se(m)p(er) über der Zeile nachgetragen. ^{c)} dicat.

5. ¹⁾ Tore (I.), EB. von Trondheim (Nidaros) 1206—1214.

²⁾ Die Formulierung geht auf Augustinus, In Johannem tractatus, LXXX, 3 (CCSL 36, 529) zurück; sie ist Allgemeingut der Theologie des 12. Jhs., vgl. etwa Petrus Lombardus, Sentenzen, IV, 3, 1, Nr. 2 (II, 243). Vgl. *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 c. 54 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 379).

³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* De cons. D. 4 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1361).

⁴⁾ Vgl. *JL* 14200 (Alexander III.) = Coll. Rem. 3 = Coll. Luc. 26 = Coll. Hal. 78 = Gilb. 5. 16. 1 = Gilb. Brux. 5. 16. 1 = X 3. 42. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 644). — 1241 wird ein weiteres Ansuchen des EB. von Trondheim, „propter aque penuriam“ mit Bier zu taufen, von Papst Gregor IX. ebenfalls abgelehnt: *Poth. Reg.* 11048 vom 8. Juli 1241. Vgl. KAUFHOLD, *Biertaufe* (der allerdings das vorliegende Schreiben nicht kennt).

6.

Rechtsauskunft für den Erzbischof (Tore) von Trondheim: Priester seiner Diözese, die sich unter Ablegung des geistlichen Gewandes bewaffnet an Kämpfen beteiligen, Blut vergießen und weltlichen Geschäften nachgehen, soll er zur Umkehr ermahnen und ihnen andernfalls ihre Pfründen und Ämter entziehen; jene, die solche Priester getötet haben, haben nichtsdestoweniger zur Absolution vor dem apostolischen Stuhl zu erscheinen. 5

Rom, St. Peter, 1206 März 1.

Reg. Vat. 7, fol. 73^r (Nr. 6).

Bréquigny, Diplomata, II/1 844, Nr. 6 = Migne, PL, 215, 813, Nr. 6. — Potth. Reg. 2697; Storm, 10 Regesta Norvegica, I 34, Nr. 199; Gunnes, Regesta Norvegica, I 122, Nr. 320.

.. Nidrosiensi archiepiscopo¹⁾.

Nec^{a)} tu nobis absque mentis amaritudine nunciasti nec nos sine compassione paterna intelleximus nuntiatum, quod quidam tue diocesis sacerdotes Evangelium Christi erubescere non verentes cultu clericalis habitus tamquam ingnominoso dimisso secularis interdum militie arma capiunt, in quibus sanguinem plurimorum effundunt ac se ad multas vite illecebras devolventes in officiis mundialibus modestie clericalis prorsus obliti versantur. Propter quod a nobis edoceri petisti, quid tibi circa huiusmodi sit agendum et utrum interfectores eorum ad sedem apostolicam mitti debeant absolventi²⁾. 15 20

Nos igitur super talium dissolutione dolentes fraternitati tue duximus respondendum, quod, cum pastori accurata sollicitudine sit cavendum, ne per incuriam eius oves oberrent, sacerdotes huiusmodi regimini tue cure subiectos et monere te decet, ne ad talia dilabantur, et dilapsos^{b)}, quantum permiserit tibi Dominus, ab erroribus suis sollicite revocare. Quodsi se forsitan inevitabiles^{c)} exhibuerint, quia ferro sunt resecanda vulnera, que fomentorum non recipiunt medicinam³⁾, tu habens pre oculis solum Deum, beneficio debes eos ecclesiastico et officio spoliare. Quod autem interfectores talium ratione facinorositatis eorum se valeant excusare, quominus absolvendi ad sedem apostolicam veniant, non videtur. 25 30

Datum Rome apud sanctum Petrum, Kal. Martii, pontificatus nostri anno nono.

6. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.

^{b)} Migne: elapsos. ^{c)} Migne: irrevocabiles.

6 ¹⁾ S. Br. IX 5 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 4 Anm. 2.

³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 82 c. 4; C. 16 q. 1 c. 57 § 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 292, 780).

7.

Innocenz III. befiehlt dem Podestà und dem Rat von Florenz, im rechten Glauben fest zu bleiben und das Statut, das sie gegen die Häretiker in ihrer Stadt erlassen haben, einzuhalten.

5

Rom, St. Peter, 1206 März 5.

Reg. Vat. 7, fol. 73^r—73^v (Nr. 7).

Bréquigny, Diplomata, II/1 845, Nr. 7 = Migne, PL, 215, 813, Nr. 7. — Potth. Reg. 2704.

.. **Potestati et consilio Florentin(is)**¹⁾.

Quidam^{a)} violenti et impii vestram iamdudum civitatem ingressi, qui
 10 vulgariter heretici nuncupantur, ut per errorem pravi do(n)gmatis veritatem
 impugnent, sacre scripture sententias recta do(n)gmata continentes ad *
 intellectum pravum conantur inflectere violenter, contra quos veraciter pot- * fol. 73^r
 est dici: «Hec est pars hominis impii apud Deum et violentorum^{b)} hereditas,
 quam ab Omnipotente suscipient, et si multiplicati fuerint filii eius, erunt in
 15 gladio, et eius non saturabuntur pane nepotes», quia, cum simplices in errore
 seducant, sibi partem impietatis acquirunt et de violentia, quam exercent
 sacram pervertendo scripturam, hereditatem sibi non sursum in terra viven-
 tium sed deorsum preparant in inferno, illorumque sequaces, qui ex eo, quod
 ipsorum errori consentiunt, tamquam in illorum predicationibus generati
 20 multiplicabuntur^{c)} in^{d)} gladio et facti coheredes illorum ad inferna descen- vgl. Iob 27, 14
 dent, ubi sententia extremi iudicii carnes^{e)} tamquam gladius manducabit. vgl. Dt 32, 42
 Cumque iuxta prophetam semen iusti pane non egeat, nepotes illorum, qui vgl. Ps 36, 25
 de filiorum errantium predicatione nascuntur, panis non satiat, quia, dum
 in pabulo sacri verbi fatuum querunt invenire saporem, a veritatis remanent
 25 cognitione ieiunii et predicamenta doctrine, que ad seductionem repperire
 laborant, non valent ad refectionem habere. Cum igitur huiusmodi violenti
 et impii vestras et vestrorum animas pravis fallaciis diutius^{f)} impugnarint^{f)}
 proditorie humilia preponentes, ut eorum, quam docent, nequitia prevaleret,
 iam per Dei gratiam pro magna parte, sicut accepimus, siluerunt et eorum
 30 pravitas a vobis cognoscitur ac ipsorum stultitia depravatur. Quis itaque sane
 mentis se spurciciis eorum involvat, que, etsi quandoque superficietenus
 placeant, conscientiam tamen graviter in actione transfigunt? Quis etiam

7. a) Q(u)i- auf Rasur. Am Rande ein Kreuz mit einem kleinen Kreis darüber, ferner zwei kurze, schräge Striche und längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. b) Über dem
 35 -t- ein durchgestrichener Kürzungsstrich. c) Korr. aus multiplicab(er)-, -u(n)t(ur) auf Rasur.
 d) i(n) über der Zeile nachgetragen. e) -ar- korr. f) Durch Zeichen umgestellt aus impugnarint
 diutius.

7. 1) 1205 wird Rudolf von Capraia als Podestà, 1206 Silius Butrigelli als Konsul von Florenz
 geführt. Vgl. HARTWIG, *Quellen*, 197; SANTINI, *Documenti*, XLVIII f.; DE ROSA, *Origini*, 30,
 40 Anm. 65.

estimet illa vera, que huiusmodi stulti loquuntur, qui sententias sacre scripture pervertunt et illa scripta profanant, que sancti doctores ecclesie docuerunt?

Monemus igitur universitatem vestram in Domino et hortamur per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus in fide catholica et ecclesie unitate constantes hominum impietatem huiusmodi cautius evitetis, ne illorum gladius acutus in fraude perfodiat mentes vestras, sed sicut viri catholici matrem vestram recognoscentes ecclesiam Iesu Christi doctrine, qui eius verus sponsus existit, devotius insistatis, institutionem, quam contra impios predictos fecistis²⁾, laudabiliter observantes, ut vos eorum hereditas non contingat, cum non fueritis ex eorum predicatione generati perversa, vestrique nepotes in fide catholica fideliter eruditi satientur ex pane, qui de celo descendit, cuius satietas vitam suscitatur in eternum.

vgl. Ps 77, 24

Datum Rome apud sanctum Petrum, III Non. Martii, pontificatus nostri anno nono.

15

8.

Innocenz III. lobt Konsuln und Volk von Prato, weil sie die Häretiker aus ihrem Contado vertrieben und festgesetzt haben, daß kein der Häresie Verdächtiger den Konsulat ausüben kann, und befiehlt ihnen, im rechten Glauben fest zu bleiben und das Statut, das sie gegen die Häretiker in ihrer Stadt erlassen haben, einzuhalten.

Rom, St. Peter, 1206 März 4.

Reg. Vat. 7, fol. 73^r (Nr. 8).

Bréquigny, Diplomata, II/1 846, Nr. 8 = Migne, PL, 215, 815, Nr. 8. — Potth. Reg. 2702.

Consulibus^{a)} et populo Pratensibus¹⁾.

25

| **In**^{b)} eundem modum usque docuerunt^{c)}. Gratias igitur referimus Creatori vestreque discretionis industriam in Domino commendamus, quod huiusmodi violentos et impios a vestris finibus expulistis inter vos laudabiliter statuentes, ut nullus in terra vestra decetero habeat consulatum, qui fuerit de fide suspectus²⁾. Monemus igitur devotionem vestram in Domino et hor-

30

²⁾ Vgl. DAVIDSOHN, *Geschichte*, I 729f.; FICKER, *Gesetzliche Einführung*, 194; PADOVANI, *Inquisizione*, 359; s. auch Br. IX 202 (204) S. 362 Z. 28—32.

8. ^{a)} -n- vielleicht korr. ^{b)} Die Initiale auf Rasur. ^{c)} S. Br. IX 7 oben Z. 2f.

8. ¹⁾ Prato (Toskana).

²⁾ Es ist unbekannt, ob es sich um Statuten der Kommune, einen Ratsbeschluß oder das Eidformular für Amtsträger handelt. Vgl. SCHARFF, *Häretikerverfolgung*, 65f.; auch FICKER, *Gesetzliche Einführung*, 194; PADOVANI, *Inquisizione*, 359.

35

tamur per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus in fide catholica et cetera ut supra usque in finem^{d)}.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Non. Martii, pontificatus nostri anno nono.

5

9.

Innocenz III. trägt dem Dekan von Aiton und dem Prior von Aiguebelle auf, den Prozeß zwischen Bischof (Bernhard) von Maurienne und den Klerikern T. und R. an sich zu ziehen, falls die auf Betreiben der Kleriker vom Papst delegierten Richter befangen sind, wie der Bischof behauptet, und sonst die Parteien an
10 *diese rückzuverweisen.*

Rom, St. Peter, 1206 März 3.

Reg. Vat. 7, fol. 73^v—74^r (Nr. 9).

Bréquigny, Diplomata, II/1 846, Nr. 9 = Migne, PL, 215, 815, Nr. 9. — Bern. I. 21. 6; Coll. Fuld. I. 20. 22; Comp. IV 1. 12. 4. — Poth. Reg. 2700.

15 .. **Decano de Etton(e)¹⁾ et .. priori de Aquabella²⁾, Mauriannensis diocesis.**

| **Constitutus³⁾ in presentia nostra dilectus filius Vmbertus clericus, procurator venerabilis fratris nostri .. Mauriannensis episcopi³⁾, nostris auribus intimavit, quod T. et R., clerici Mauriannensis diocesis, contra dominum suum ad iudices certa ratione suspectos commissionis litteras impetrarunt,**
20 **quorum alter est adversarius manifestus, utpote qui partem episcopatus sui ei auferre molitur, super quo pendet adhuc questio inter eos; adversus alterum etiam iustam causam suspicionis asseruit se legitime probaturum⁴⁾.**

^{d)} *S. Br. IX 7 S. 18 Z. 5—13.*

25 **9.** ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.: de r(escri)pt(is), vielleicht irrtümlich für X 1. 3. 19 gehalten.*

9. ¹⁾ Aiton, Diöz. Maurienne, Cant. Aiguebelle, Dép. Savoie. Vgl. CALMETTE—CLOUZOT, *Pouillés Besançon*, 471 (Index).

²⁾ Kollegiatkirche von Aiguebelle, Diöz. Maurienne, Dép. Savoie. Vgl. *Dict. HGE* I (1912) 30 1131—1135.

³⁾ Bernhard (II.), als B. von Maurienne (Suffr. von Tarentaise) bezeugt 1200—1211, EB. von Tarentaise ca. 1211/1213—1222. Vgl. LOVIE, *Diocèses de Chambéry, Tarentaise, Maurienne*, 279; GROS, *Diocèse de Maurienne*, I 209—215.

⁴⁾ Vgl. Codex 3. 1. 16, 18 (Ed. KRUEGER 122f.); Novellen 53. 3. pr., 86. 2 (Ed. SCHOELL—KROLL 35 301, 420); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 16; C. 3 q. 5 c. 15; *JL* 17019 (Coelestin III.) = Coll. Clar. I 1 = Coll. Luc. 21 = Coll. Berol. II 23 = Gilb. 2. 19. 11 = Coll. Rotom. I 19. 6 = Gilb. Brux. 2. 19. 11 = X 2. 28. 41 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 471, 518f.; II 424).

Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si
 * fol. 74^r dictus episcopus contra * prefatos iudices coram arbitris, quos hinc inde
 duxerint eligendos, iustam causam suspicionis legitime comprobarit, vos in
 commisso ipsis negotio iuxta formam eis directam sublato appellationis ob-
 staculo mediante iustitia procedatis. Alioquin partes ad eorundem iudicium 5
 remittatis examen.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), V Non. Martii, pontificatus nostri
 anno nono.

10.

*Innocenz III. gestattet dem Bischof (Bernhard) von Maurienne, die Einkünfte 10
¹³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 63 c. 16; D. 75 c. 2; D. 100 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 239, 266, 352).

35

¹⁴⁾ Am 20. Februar 1207 bestätigte Innocenz III., nachdem er beide vorhergehenden Wahlen kassiert hatte, die Wahl von Herveus (B. 1207—1223): LALORE, *Cartulaire Saint-Pierre*, 119, Nr. 118.

¹⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 65 c. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 250).

.. **Abbati et capitulo Castellionis**¹⁾.

Etsi^{a)} Christus preceperit secundum evangelicam veritatem, ut sit sermo vester «est est» et «non non», id est, ut affirmatio vel negatio, sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde, quia^{b)} tamen hominum excrescente malitia
 5 simplici affirmationi vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiunxit: «Quod amplius est, a malo est», malo quidem non tam culpe quam pene, nec exhibentium sed exigentium iuramentum. Nam incredulitas huiuscemodi magis est pena quam culpa, unde non dixit «malum», sed dixit «a malo». Licet enim iuramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquam tamen per
 10 Creatorem sed per creaturam iurare prohibuit²⁾, ne per huiusmodi iuramentum transferretur ad creaturam honorificentia Creatoris, quare cum in Evangelio premisisset: «Dico vobis non iurare omnino», statim subiunxit: «Neque per celum, quia tronus est Dei, neque per terram, quia scabellum est pedum ipsius, neque per Ierosolimam, quia est civitas regis magni, neque per
 15 caput tuum, quia non potes unum capillum facere album aut nigrum». Et quamvis non sit per creaturam iurandum, si tamen iuretur per creaturam, servandum est quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur³⁾. Iacobus quoque non simpliciter prohibuit iuramentum sed voluntatem iurandi, cum ait: «Ante omnia, fratres mei, nolite iurare neque per celum neque per terram
 20 neque per quodcumque aliud iuramentum», quoniam ad iurandum non debet quemquam spontanea voluntas inducere, quia qui facile iurat facile peierat, sed necessitas trahere importuna⁴⁾, et tunc potest sine culpa iurare, dummodo illos tres comites habeat iuramentum⁵⁾, de quibus propheta sic ait: «Et iurabunt: Vivit Dominus in veritate et iudicio et iustitia et benedicent eum
 25 gentes | ipsumque laudabunt»⁶⁾. Alioquin non^{c)} dixisset Apostolus: «Homines per maiorem sui iurant et omnis controversie eorum ad confirmationem finis est iuramentum», in quo patenter ostendit, per quem sit iurandum, cum ait: «Homines per maiorem sui iurant», id e(st) per Deum, et cur sit iurandum, ut videlicet omnis controversie finis sit iuramentum. Angelus quoque, quem
 30 vidit in Apocalypsi^{d)} Iohannes stantem supra mare et super terram, levavit manum suam ad celum et iuravit per viventem in secula seculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in Evangelio quam «est est» et «non non», cum se-
 Mt 5, 37
 vgl. Mt 5, 37
 Mt 5, 34—36
 Iac 5, 12
 Ier 4, 2
 Hbr 6, 16
 Hbr 6, 16
 Ape 10, 5f.
 vgl. Mt 5, 37

24. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: dec(retalis), und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de iur(e) iur(ando), und eine Klammer. ^{b)} -a auf Rasur; darnach eine Rasur, mit einem Strich ausgefüllt. ^{c)} n(on) über der Zeile nachgetragen. ^{d)} -ca- über der Zeile nachgetragen.

24. ¹⁾ Hugo (I.), Abt von Châtillon-sur-Seine (Regularkanonikerstift, Diöz. Langres, ht. Dijon, Dép. Côte-d'Or) 1203—1222. Vgl. *Gallia Christiana* IV 773; *Dict. HGE* 12 (1953) 590.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 22 q. 1 c. 9, 10 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 863).

³⁾ Vgl. *Digesten* 12. 2. 5 (Ed. MOMMSEN 163), *Decretum Gratiani* C. 22 q. 1 p. c. 16 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 865).

⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 22 q. 1 c. 5, 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 862).

⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 22 q. 2 c. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 867).

⁶⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 22 q. 1 c. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 863).

Mt 5, 18 u.6. pissime dixerit: «Amen, dico vobis»; quod ipse secundum Lucam exponens, cum premisset: «Amen, dico vobis, quia propheta nemo acceptus est in patria sua», consequenter adiunxit: «In veritate dico vobis, quia multe vidue erant in diebus Helye in Isr(ae)l». Apostolus quoque iurabat, cum diceret: Rm 1, 9; Phil 1, 8 «Testis est michi Deus»; et iterum: «Cotidie morior per gloriam vestram, 5
1Cor 15, 31 fratres», quam^{e)} Graeca exemplaria manifestissimam esse iurationem ostendunt. Si enim per se malum esset iurare, profecto Dominus non iurasset, cum tamen in Veteri Testamento legatur: «Quia iuravit Dominus et non penitebit eum»; et rursum: «Iuravit Dominus D(au)id veritatem», immo et precepit in Veteri Testamento reddi Domino iuramenta. 10

Quedam etenim prohibentur, quia per se mala sunt, ut furtum, adulterium et huiusmodi⁷⁾, que non sunt aliquatenus facienda. Quedam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sint, sed quia, si fiant frequenter et multum, ex hiis mala sequuntur, ut vinum per se quidem malum non est et Eph 5, 18 tamen prohibet Apostolus dicens: «Nolite inebriari vino, in quo est luxuria», 15 quoniam ex frequenti et immoderata vini potatione luxuria generatur. Sic et iuramentum per se^{f)} quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti et incauta iuratione periurium sepe contingit, sicut^{g)} in Ecclesiastico legitur: «Vir multum iu[rans] implebitur iniquitate et non disced[at] a domo illius plaga^{g)}». Quemadmodum 20 ergo Paulus propter necessitatem indulget discipulo suo, videlicet Timotheo, vgl. 1Tim 5, 23 ut utatur modico vino propter stomachum et frequentes infirmitates, sic profecto, cum necessitas exigit, pro re vera, licita et honesta potest secure iurari, quia cessante causa cessat effectus^{h)}.

Licet ergo debeatis esse viri perfecti, ut, quantum potestis, iuramenti 25 vinculum evitetis, volentes tamen indemnitati monasterii vestri paterna sollicitudine providere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat lesionem, eius auctoritate, qui dicit in Evangelio: «Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Et si te non audierit, adhibe tecum duos vel tres testes, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum», pre- 30
* fol. 77^v senti vobis^{h)} pagina indulgemus, * quatinus vos et monasterii vestri conversi possitis in causis eiusdem deficientibus aliis testibus pro ipso perhibere testimonium veritati.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum. 35

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XII Kal. Aprilis, anno nono.

^{e)} *Migne*: quae. ^{f)} *Davor und am Rande ein Strich.* ^{g-h)} *Am rechten Rand mit einem Kreuz als Verweiszeichen eingefügt, teilweise weggeschnitten.* ^{h)} *Migne*: vero. 40

⁷⁾ Vgl. Digesten 50. 16. 42 (Ed. MOMMSEN 858).

⁸⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 c. 41; C. 1 q. 7 c. 7; C. 9 q. 1 c. 5 § 3; C. 33 q. 2 p. e. 4; C. 35 q. 1 a. c. un. § 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 374, 430, 602, 1152, 1261).

25.

Innocenz III. lehnt die Bitte, die Abtei Glastonbury aus der Union mit dem Bistum Bath zu lösen und die Wahl eines Abtes zu gestatten, wegen der Vakanz des Bistums ab, erlaubt den Mönchen aber, nach dessen Neubesetzung einen Prozeß
5 an der Kurie zu initiieren.

Rom, St. Peter, 1206 März 14.

Reg. Vat. 7, fol. 77^v (Nr. 25).

Empfängerüberlieferung: (1) Abschrift der 2. Hälfte des 13. Jhs.: Cambridge, Trinity College, MS R 5. 33, fol. 40^{va-b}; (2) Abschrift des späten 13. Jhs.: London, BL, ms. 22934 Additional, fol. 33^{va-b} (alt 25^{va-b}); Dr.: Adam von Domerham, *Historia*, II 457f.; (3) Abschrift des 14. Jhs.: Longleat, Marquess of Bath's Library, Great Chartulary of Glastonbury, fol. 43^r; Dr.: Chartulary of Glastonbury I 86, Nr. 138.

Bréquigny, *Diplomata*, II/1 856, Nr. 25 = Migne, PL, 215, 827, Nr. 25. — Comp. III 3. 9. un.; Bern. 3. 11. un.; X 3. 9. 1. — Potth. Reg. 2714; Bliss, *Calendar*, I 25; Cheney, *Calendar*, 695.

15 Vgl. Cheney, *Innocent III and England*, 220—225.

.. Priori et conventui Glastonien(sibus)¹⁾.

(1) Novit^{a)} ille, qui scrutator est cordium et cognitor secretorum²⁾, quod, licet bone memorie C(elestinus) papa, predecessor noster, ecclesiam vestram in sedem erexerit^{b)} cathedralem ipsam Bathoniensi ecclesie uniendo, ut idem
20 esset episcopus utriusque, suamque constitutionem non solum per privilegium, verum etiam per alia multa scripta curaverit confirmare³⁾, quia tamen hec unio asserebatur a vobis esse confusio conquerentibus eam in grave pre-

¹Par 28, 9;
²Ps 7, 10 u.ö.

25. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: dec(retalis), ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) ne sede vacan(te) (X 3. 9. 1). ^{b)} Migne: erexit.

25. Empfängerüberlieferung (kollationiert nach den Handschriften des Trinity College [1] und der British Library [2] und einer Photographie der Eintragung im Cartular [3]):

16: .. Priori et conventui Glastonien(sibus) Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et conventui Glaston(iensibus) salutem et apostolicam benedictionem 1, 2, 3. 18: C(elestinus) Cel(estinus) 1, 2, Celestinus 3. 19: erexerit] erexit 2, 3. 19: ut] et 2.
30 21: alia multa] multa alia 1, 2, 3.

25. ¹⁾ Thomas, Prior von Glastonbury (Ben.-Abtei, Diöz. Bath–Wells, Gft. Somerset) 1205 bis 1215. Vgl. Adam von Domerham, *Historia*, II 425, 439—441, 449f. Die Abtwürde hatte der verstorbene B. Savaric von Bath aufgrund der Vereinigung der Abtei mit dem Bistum beansprucht (s. unten Anm. 3, 4). Vgl. KNOWLES–BROOKE–LONDON, *Heads of Religious Houses*, 52,
35 250.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 32 c. 11 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 120).

³⁾ Papst Coelestin III. vereinigte die Abtei 1195/1196 auf Betreiben B. Savarics von Bath (s. unten Anm. 4) mit dem Bistum Bath–Wells (*JL* 17411, 17412 vom 26. und 28. Juni 1196; Dr.: Adam von Domerham, *Historia*, II 361, 366; s. auch *JL* 17375 vom 10. Mai 1196; Dr.: Adam von Domerham, ebd., 365). Vgl. CHENEY, *Innocent III and England*, 220—225; RAMSEY, *EEA X: Bath and Wells 1061—1205*, XXIXf.

iudicium Glastonien(s) ecclesie redundare, cum per ipsam dissolveretur religio, elemosina fraudaretur et hospitalitas deperiret, nos vestris supplicationibus inclinati ad relevandum ecclesie vestre statum intendere cepimus, quantum decuit, diligenter. Et quoniam absonum videbatur, ut subito predecessoris nostri evacuaremus in hac parte statutum — cum ei, quantum cum Deo possumus, deferre velimus, sicut et volumus, quod, quantum cum Deo poterunt, nostri nobis deferant successores — unione manente sic de ceteris disposuimus, quantumcumque bone memorie Sauarico, Bathoniensi episcopo⁴⁾, displiceret frequenter ob hoc ad sedem apostolicam laboranti⁵⁾, quod status ecclesie vestre videbatur in melius relevatus. Unde post diversos tractatus et deliberationes⁶⁾ multiplices, quod per viros providos et honestos auctoritate mandati nostri⁶⁾ super hoc extitit ordinatum, ad petitionem eiusdem episcopi, postquam aliud a nobis non potuit obtinere, apostolico tandem curavimus munimine roborare⁷⁾. Vos autem post obitum prefati Bathoniensis episcopi ad nostram presentiam recurrentes humiliter postulastis, ut, quia tempus advenerat, quo sine scandalo ecclesie vestre ruina poterat in statum pristinum relevari⁸⁾, cum et Bathoniensis ecclesia et Wellensis⁹⁾

*) *Migne*: deliberatione.

2: et] *fehlt* 3. 4: absonum] adsonum 2. 6: deferre] defferre 1. 7: nobis] vobis 3. 7: deferant] defferant 1, 2. 13: obtinere] optinere 1, 3. 14: curavimus munimine] munimine curavimus 2, 3. 14f.: prefati Bathoniensis] Bath(oniensis) prefati 2.

⁴⁾ Savaric FitzGeldewin (von Bohun), B. von Bath (und Glastonbury) (Suffr. von Canterbury) 1191—1205 August 8. Er starb kurz nach seiner Rückkehr aus Rom. Vgl. Radulphi de Coggeshall Chronicon (*RBS* 66) 162; RAMSEY, *EEA X: Bath and Wells 1061—1205*, XXII mit Anm. 6, 212; LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, VII 3.

⁵⁾ Zum Itinerar B. Savarics und seinen Aufhalten in Rom vgl. RAMSEY, *EEA X: Bath and Wells 1061—1205*, 210—212; s. auch zu 1200: Br. III 115 (Adam von Domerham, *Historia*, II 395f.; CHENEY, *Calendar*, 245; *Poth. Reg.* 1086), CHENEY, *Calendar*, 246, 251, und HARDY, *Rotuli litterarum clausarum*, 99b; zu 1201 und 1202: Br. V 159 (160) Bd. 5 S. 312 Z. 17—19 im Zusammenhang mit Br. V 93 (94), Br. IV 194 und 195 (*Poth. Reg.* 1521, 1522; CHENEY, *Calendar*, 356, 357) und CHENEY-SEMPLE, *Selected Letters*, 49, Anm. 11; zu 1205: Br. VIII 67 (66) und 100 (99).

⁶⁾ Br. III 115 vom 23. Juni 1200 (Adam von Domerham, *Historia*, II 395f.; CHENEY, *Calendar*, 245; *Poth. Reg.* 1086) bzw. Br. V 89 (90) vom 24. September 1202 an B. Eustach von Ely, Abt Samson von Bury St. Edmunds und den Prior Gottfried des Kathedralpriorats Christchurch von Canterbury.

⁷⁾ Br. VIII 67 (66) von 17. Mai 1205 mit der inserierten Urkunde der drei Delegaten.

⁸⁾ Vgl. Adam von Domerham, *Historia*, II 425.

⁹⁾ Das benediktinische Kathedrankloster in Bath (vgl. KNOWLES-HADCOCK, *Medieval Religious Houses*, 52, 59) und das weltliche Kapitel der Kanoniker der Kirche von Wells, die als zweite Kathedrale des Bistums diente. Zu ihrem Verhältnis vor der formellen Anerkennung beider Kirchen als Kathedralen und der Regelung des gemeinsamen Wahlrechts 1246 s. RAMSEY, *EEA X: Bath and Wells 1061—1205*, XXII—XXXVI.

id ipsum pariter postularet¹⁰⁾, rex¹¹⁾ quoque cum regni magnatibus¹²⁾ et quidam episcopi¹³⁾ cum multis abbatibus¹⁴⁾ deposcerent illud idem, unione penitus dissoluta monasterium vestrum in statum reduceremus antiquum sub abbatis regimine gubernandum.

5 Nos ergo diligentius attendentes, quod episcopali sede vacante non decet super hoc aliquid immutari¹⁵⁾, cum non sit, qui ius episcopi tueatur, presertim ne plus favisse persone quam ecclesie videremur, si, quod ea vivente concessimus, post eius obitum subito mutaremus, petitionem vestram ex toto absque dampno conscientie ac periculo fame nequivimus exaudire. Ut autem
10 solito more, quem et vobis utilem et nobis honorabilem estis experti, gradatim ab imo procedatur ad summum, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, cum Bathoniensis ecclesia de presule fuerit ordinata¹⁶⁾, si ostendere

5: diligentius] dividencius 3. 6: immutari] innovari 1, 2, 3.

¹⁰⁾ Vgl. die Briefe an den Papst bei Adam von Domerham, *Historia*, II 429f.; *Chartulary of Glastonbury* I 81f., Nr. 130, 131.

¹¹⁾ König Johann von England 1199—1216. Er ersuchte den Papst in einem Schreiben vom 7. November 1205 um die Restituierung der Selbständigkeit Glastonburys und richtete weitere Schreiben an die Kardinäle Jordanus von Fossanova, KP. von S. Pudenziana, und Hugo(linus) von S. Eustachio, seine „nuntii“ an der Kurie und an den englischen Klerus, den er zur Abfassung entsprechender Briefe aufforderte. Vgl. Adam von Domerham, *Historia*, II 425—428; *Chartulary of Glastonbury* I 80, Nr. 128. Vgl. auch MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 87, 128f. Ende 1205 ist mit mehreren englischen Gesandten an der Kurie zu rechnen, da die Prozesse zwischen St. Augustine und dem Archidiakon von Canterbury (Br. VIII 155 [154], 156 [155], 164 [163]), das Ansuchen des Justiziers Gottfried Fitz Peter um Dispens vom Kreuzzugsgelübde (Br. VIII 165 [164]) und die Frage der Nachfolge im Erzbistum Canterbury, wo namentlich Mag. Peter von Inglesham genannt ist (Br. VIII 162 [161], vgl. ebd. Anm. 10 und Br. IX 34 Anm. 12) zur Entscheidung anstanden. Am 6. März 1206 erhielt auch Abt Hugo von Beaulieu (s. Br. IX 204 [206] Anm. 13) eine Zahlung für Ausgaben im Dienst des Königs „versus curiam Romanam“. Vgl. HARDY, *Rotuli litterarum clausarum*, 66.

¹²⁾ Vgl. das Schreiben der Grafen und Barone Englands bei Adam von Domerham, *Historia*, II 428f.; *Chartulary of Glastonbury* I 81, Nr. 129.

¹³⁾ Die Bischöfe Johannes von Norwich, Mauger von Worcester und Herbert von Salisbury. Vgl. Adam von Domerham, *Historia*, II 431—433; *Chartulary of Glastonbury* I 82—84, Nr. 132—134; KEMP, *EEA XIX: Salisbury 1217—1228*, 388, App. I, Nr. 7; HARPER-BILL, *EEA VI: Norwich, 1070—1214*, App. I, 366, Nr. 83.

¹⁴⁾ Die Äbte der südinglischen Ben.-Abteien Hugo von Abbotsbury, Richard von Muchelney und Dionysius von Cerne. Vgl. Adam von Domerham, *Historia*, II 432—436; *Chartulary of Glastonbury* I 84f., Nr. 135—137; KNOWLES-BROOKE-LONDON, *Heads of Religious Houses*, 23, 37, 57, 251f.

¹⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 12 q. 2 c. 42 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 701). Andere Bedenken klingen im Mandat des Papstes vom 31. März 1206 an den Bischof von Winchester und den Abt von Beaulieu an, zu untersuchen, ob die Abtei gegen die Stadt Bath getauscht worden wäre. Vgl. CHENEY, *Calendar*, 703; Adam von Domerham, *Historia*, II 439; HARDY, *Rotuli litterarum patentium*, 63b.

¹⁶⁾ Der Nachfolger B. Savaricus, Jocelin von Wells, wurde am 28. Mai 1206 in Gegenwart des Kardinallegaten Johannes von S. Maria in Via Lata (s. Br. IX 26 Anm. 1) zum Bischof geweiht. Vgl. CHENEY, *Innocent III and England*, 224; LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, VII 3.

volueritis, quod ecclesie vestre nondum sit ad detrimentum vel preiudicium evitandum plene provisum, ius vestrum apud sedem apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis. Interim autem sub cura prioris idem monasterium libere gubernetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis 5 infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, II Idus Martii, anno nono.

26.

Innocenz III. trägt dem Kardinallegaten J(ohannes) von S. Maria in Via Lata 10 auf, den Mönchen von Glastonbury die Wahl eines Abtes zu gestatten, sofern der neu zu wählende Bischof von Bath einer Lösung der Union zwischen der Abtei und dem Bistum zustimmt. Jedoch soll er den Parteien einen Termin zum Prozeß an der Kurie setzen, falls die Mönche gegen den Bischof klagen wollen.

Rom, St. Peter, 1206 März 25. 15

Reg. Vat. 7, fol. 77^r (Nr. 26).

Bréquigny, Diplomata, II|1 857, Nr. 26 = Migne, PL, 215, 828, Nr. 26. — Potth. Reg. 2727; Bliss, Calendar, I 25; Cheney, Calendar, 697.

Vgl. Cheney, Innocent III and England, 220—225.

I(ohanni), sancte Marie in Vialata diacono cardinali, 20 apostolice sedis legato¹⁾.

Discretionis^{a)} tue presentium auctoritate mandamus, quatinus, cum Bathoniensis ecclesia de presule fuerit ordinata²⁾, si forsán ille, qui presul fuerit, voluerit libere consentire, cum tam Bathoniensis quam Wellensis conventus super hoc nobis per suas litteras supplicarit, ut ecclesia Glastoniensis ad 25 statum pristinum reducatur³⁾, tu dilectis filiis .. priori⁴⁾ et conventui Glasto-

1: nondum sit] non dimisit 3. 2f.: prosequendi] prosequenda 2, prosequendum 3. 7: indignationem et cetera] indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum 1, 2, 3. 8: II] pridie 3. 8: Martii] Martii, pontificatus nostri 1, 2, 3. 30

26. a) *Die Initiale auf Rasur.*

26. 1) Johannes Ferentinus, 1204 KD. von S. Maria in Via Lata, 1212—1215 KP. von S. Prassede. Vgl. ELZE, *Kapelle*, 175f.; MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 146f.; DERS., *Kardinalskollegium*, 150; *Dict. HGE* 27 (1998) 29; zur Legation TILLMANN, *Legaten*, 92f.; CHENEY, *Innocent III and England*, 38f., 230f. 35

²⁾ Vgl. Br. IX 25 Anm. 4, 16.

³⁾ S. Br. IX 25 Anm. 10.

⁴⁾ S. Br. IX 25 Anm. 1.

nien(sibus) licentiam regulariter eligendi sibi abbatem auctoritate nostra suffultus impendas. Quodsi prefati prior et monachi contra dictum^{b)} episcopum duxerint litigandum, utrique parti prefigas terminum competentem, in quo nostro se conspectui representent.

5 Datum Rome apud sanctum Petrum, VIII Kal. Aprilis, anno nono.

27.

Innocenz III. ermächtigt den Erzbischof (Michael) von Arles, Diözesanangehörigen, die sich der über sie verhängten Strafen der Exkommunikation und des Interdikts durch eine Appellation zu entziehen versuchen, einen peremptorischen
 10 *Termin zu setzen, bis zu welchem sie die Appellation verfolgen können, und rechtlich gegen sie vorzugehen, sofern sie diesen nicht wahrnehmen und nicht begründet verhindert sind. Offenkundige Verbrechen soll er jedenfalls bestrafen.*

Rom, St. Peter, 1206 März 18.

Reg. Vat. 7, fol. 77^v—78^r (Nr. 27).

15 *Empfängerüberlieferung: Kopie des 13. Jhs. im Cartular der EB. von Arles, Marseille, Archives départementales des Bouches du Rhône, 3 G 16, fol. 80^r—80^v.*

Bréquigny, Diplomata, II/1 857, Nr. 27 = Migne, PL, 215, 829, Nr. 27. — Poth. Reg. 2719; Gallia Christiana Novissima III 317, Nr. 781.

.. Arelatensi archiepiscopo¹⁾.

20 **Ex^{a)}** parte tua fuit propositum coram nobis, quod, cum parrochianos tuos multipliciter delinquentes a suis volens iniquitatibus revocare ipsos niteris censura ecclesiastica cohercere, personas eorum excommunicationis sententie ac civitatem²⁾ et burgum seu villas supponendo ecclesiastico interdicto, prout delicti atrocitas et quantitas seu qualitas exigunt personarum, idem in sua
 25 volentes nequitia perdurare in vocem appellationis prorumpunt in elusionem ecclesiastice discipline. Quoniam igitur appellationis remedium in subsidium

^{b)} *Migne*: dominum.

27. ^{a)} *Die Initiale auf Rasur.*

27. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Kopie der Eintragung im Cartular):*

30 19: .. Arelatensi archiepiscopo] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Arelatensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

27. ¹⁾ Michael von Mouriès, EB. von Arles 1202—1217. Vgl. *Atlas Provence* II 109.

²⁾ Arles.

oppressorum³⁾ et non in subterfugium malignantium est inventum, ne per huiusmodi insolentiam ecclesiastica disciplina penitus enervetur, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus, quatinus taliter appellantis ad appellationem interpositam prosequendam prefigas terminum competentem, et si eandem infra illum non fu*erint prosecuti, nisi forte fuerint causa rationabili prepediti, extunc iustitiam ecclesiasticam appellatione postposita, prout ordo rationis poposcerit, exerceas in eosdem, ita tamen, quod rigor mansuetudine temperetur. Manifestissima vero crimina, que nulla possunt tergiversatione celari, sub appellationis pretextu remanere nolumus incorrecta⁴⁾.

Datum Rome apud sanctum Petrum, XV Kal. Aprilis, anno nono.

28.

Innocenz III. trägt dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem auf, den Vertrag, der (1197) zwischen König H(Aimerich) von Zypern und dem Regenten Heintr(ich) von Jerusalem über die Heirat ihrer Söhne und Töchter und über die Grafschaft Jaffa geschlossen wurde, zu prüfen und, falls er ihn für nützlich befinde, auch mit kirchlichen Strafen für dessen Einhaltung zu sorgen.

Lateran, 1206 März 30.

Reg. Vat. 7, fol. 78^r (Nr. 28).

Bréquigny, Diplomata, II/1 858, Nr. 28 = Migne, PL, 215, 829, Nr. 28. — Potth. Reg. 2731; 20 Röhricht, Regesta, 217, Nr. 811; Haluščynskij, Acta Innocentii, 503, Nr. 1.

.. Patriarche Ier(oso)limitano, apostolice sedis legato¹⁾.

| Cum^{a)} de superni dispositione consilii super populos Ierosolimitane provincie, qui pro peccatis non solum suis sed forsitan aliorum de manu Domi-

II: Aprilis] Aprilis, pontificatus nostri.

³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 3, 8, 10, p. c. 10; Conc. Lat. III, c. 6 (*COD*² 214) = Comp. I 2. 20. 42 = X 2. 28. 26; *JL* 16579 (Clemens III.) = Coll. Clar. II 70 = Coll. Rem. 18 = Coll. Luc. 93 = Coll. Hal. 29 = Gilb. 2. 19. 6 = Coll. Rotom. I 31. 28 = Gilb. Brux. 2. 19. 6 = X 2. 28. 38 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 467—469, II 418, 422).

⁴⁾ *Digesten* 9. 2. 51. 2 (Ed. MOMMSEN 131) und Br. I 546 (549) Bd. 1 S. 790 Z. 26f. Vgl. PENNINGTON, *Ius commune*, 352—354; JEROUSCHEK, *Crimina*, 326—331.

28. a) *Die Initiale auf Rasur.*

28. ¹⁾ Albert von Castro, B. von Vercelli 1185, Patriarch von Jerusalem 1205—1214; 1609 heiliggesprochen. Vgl. *DBI* I (1960) 750f.; MINGHETTI, *Alberto di Vercelli*, 283—287; PEZZA TORNAMÉ, *Alberto di Gualtieri*; KIRSTEIN, *Patriarchen*, 411—447. Er war für vier Jahre zum päpstlichen Legaten bestellt worden: Br. VIII 102 (101) vom 16. Juni 1205.

ni duplicia receperunt, duplicis officii receperis potestatem, ut in Dei Evangelium segregatus cum patriarchalis dignitatis honore legationis officio fungereris, profecto tibi noscitur imminere, ut diligenter ea per sollicitudinis tue studium procurentur, que ad procuracionem status eiusdem provincie
5 utilia possunt esse.

Insinuante quidem dilecto filio nobili viro G(ualtero) de Montebiliardi²⁾, regni Ier(oso)l(im)itani comestabulo et karissimi in Christo filii nostri .. Cipri regis³⁾ illustris tutore ac baiulo regni sui, nostris est auribus intimatum, quod olim inter clare memorie H(aimericum), regem Ciprensem⁴⁾, et comitem
10 Henr(icum), tunc Ier(oso)l(im)itani regni dominum⁵⁾, super matrimonio filiorum filiarumque suarum invicem contrahendo et comitatu Ioppensi quedam pactio provide facta fuit⁶⁾, que iuramento hinc inde prestito confirmata in publicum redacta fuit nichilominus instrumentum. Cum igitur tam
15 ut pactionem ipsam velut non solum ei verum etiam toti provincie profuturam auctoritate precipere apostolica observari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita de pactione ipsa diligentius veritate, si eam provide inveneris esse factam et presertim ad utilitatem spectare tam publicam quam privatam, ipsam sublato cuiuslibet contradic-
20 tionis et appellationis obstaculo per censuram ecclesiasticam inviolabiliter facias observari, contradictores monitione premissa simili districtione compescens.

Datum Laterani, III Kal. Aprilis, anno nono.

²⁾ Walter von Montbéliard (Mömpelgard), 1205—1210 Regent von Zypern, 1206—1211
25 Konnetabel von Jerusalem, verheiratet mit der Tochter König Aimerichs von Jerusalem, Burgundia; gest. 1212. Vgl. RUDT DE COLLEMBERG, *Lusignan*, 97; EDBURY, *Cyprus*, bes. 41—47.

³⁾ Hugo I. von Lusignan, König von Zypern 1205—1218.

⁴⁾ Aimerich von Lusignan, 1194 Herr, 1196 König von Zypern, 1197 König von Jerusalem, gest. 1205. Vgl. *LMA* 1 (1980) 241f.

⁵⁾ Heinrich II., 1181 Graf von Champagne, seit 1192 als Gemahl der Königin Isabella Regent von Jerusalem, gest. 1197. Vgl. *ebd.* IV (1989) 2069.

⁶⁾ Die drei Söhne König Aimerichs von Zypern, Guido, Johannes und Hugo (oben Anm. 3), sollten nach dem 1197 geschlossenen Vertrag die drei Töchter Heinrichs und Isabellas von Jerusalem, Maria, Alix und Philippa, heiraten; die Grafschaft Jaffa (1193 war Aimerich als Herr von Jaffa und Konnetabel von Jerusalem in Konflikt mit seinem Lehensherrn Heinrich von Champagne geraten) sollte die Mitgift einer der Töchter Heinrichs darstellen. Zustande kam 1210 die Verbindung zwischen dem einzigen überlebenden Sohn Aimerichs, Hugo, und Alix von Jerusalem (1195/1196—1247, 1244 Regentin von Jerusalem). Vgl. *Estoire de Eracles* 212f., 308f.; MAS-LATRIE, *Chypre*, I 143f., II 9f.; RUDT DE COLLEMBERG, *Lusignan*, 96f.; HARDWICKE,
35 *Crusader States*, 525; EDBURY, *Cyprus*, 32f., 43; EDBURY, *Ibelin*, 122; MAYER, *Kanzlei*, I 306; KIRSTEIN, *Patriarchen*, 437f. mit Anm. 1865.

29.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Hugo) von Orléans auf, dem Subdiakon R., der in Notwehr einen Laien tödlich verletzt hat, zu gestatten, das Amt eines einfachen Klerikers auszuüben.

Rom, St. Peter, 1206 März 24. 5

Reg. Vat. 7, fol. 78^r (Nr. 29).

Bréquigny, *Diplomata*, II|1 858, Nr. 29 = Migne, *PL*, 215, 830, Nr. 29. — Poth. *Reg.* 2726.

.. Aurelianensi episcopo¹⁾.

In^{a)} nostra presentia constitutus dilectus filius R. subdiaconus supplicii nobis insinuatione monstravit, quod, cum quidam laicus, qui de morte cuiusdam avunculi sui habebatur suspectus, eidem occurreret evaginato cultello, cum non posset propter impedimentum canonicalis habitus, quem gerebat, eius vitare furorem ac cerneret sibi mortis periculum imminere, ipsum vim vi repellendo²⁾ percussit. Quia vero dictus laicus occasione percussio-
 nis huiusmodi extremum post dies aliquot clausit diem, subdiaconus idem penitentia ductus Ierosolimam petiit pro sui expiatione peccati ac demum ad apostolicam sedem accedens nobis humiliter supplicavit, ut eum in officio clericali permittere dignaremur cum aliis clericis ministrare. Nos igitur de misericordia, que superexaltat iudicio, eius precibus inclinati, fraternitati tue presentium significatione mandamus, quatinus, si premissis veritas suffragatur et absque scandalo potest fieri, eum simplex dumtaxat clericatus officium inter alios clericos exercere permittas.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VIII Kal. Aprilis, anno nono.

vgl. Iac 2, 13

30.

Rechtsauskunft für den Erzbischof (Peter) von Compostela: Regularkanoniker dürfen ebensowenig wie Mönche, denen dieses nach kanonischem Recht explizit untersagt ist, in Gerichtsfällen als Anwälte fungieren.

Rom, St. Peter, 1206 März 12.

Reg. Vat. 7, fol. 78^r (Nr. 30).

Bréquigny, *Diplomata*, II|1 859, Nr. 30 = Migne, *PL*, 215, 831, Nr. 30; Mansilla, *Documentación*, 358, Nr. 332. — *Comp.* III 3. 38. 3; *Alan.* 3. 25. un.; *Alan. K.* 3. 25. un.; *Coll. Alcobac.* II 31; *Bern.* 3. 39. 3; *Coll. Salm.* 3. 30. 4; *Coll. Fuld.* 3. 33. 1; *X* 1. 37. 2. — Poth. *Reg.* 2712.

29. ^{a)} Die Initiale auf Rasur.

29. ¹⁾ Hugo Garlande, B. von Orléans (Suffr. von Sens) 1198—1206 Mai 25 (VIDIER—MIROT, *Obituaires Sens*, III 9 C, 61 F).

²⁾ Digesten 43. 16. 1. 27 (Ed. MOMMSEN 689).

.. **Compostellano archiepiscopo**¹⁾.

(1) **Ex**^{a)} parte tua fuit propositum coram nobis, quod quidam canonici regulares, ut se fore^{b)} peritos in iure valeant demonstrare ac extra claustrum materiam habeant evagandi, non solum in ecclesiasticis, verum etiam in forensibus causis presumunt advocati officium exercere. Cumque obiciatur eisdem, quod iuxta canonicas sanctiones²⁾ non debent esse forensis vel ecclesiastici negotii susceptores vel executores etiam, nisi forte id monasterii exposcat utilitas abbate nichilominus imperante, ipsi ad suam proponunt insolentiam excusandam, quod capitulum illud, per quod predicta prohiberi videntur, de monachis, non de canonicis regularibus loquitur manifeste. Unde nos consulere voluisti, utrum tales sint ad patrociniū admittendi.

Ad quod discretioni tue taliter respondemus, quod idem iudicium de canonicis regularibus quod^{c)} de monachis quantum ad suprascripta credimus observandum, licet de monachis in canone specialiter sit expressum³⁾.

15 Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Idus Martii, anno nono.

31.

Innocenz III. bestätigt das Urteil, das die Bischöfe M(artin) von Zamora und G(onzalo) von Salamanca als päpstliche delegierte Richter im Prozeß zwischen dem Erzbischof (Peter) von Compostela und den Templern, Johannitern und Rittern von Santiago um die „Votos“ gefällt haben.

Rom, St. Peter, 1206 März 12.

Reg. Vat. 7, fol. 78^v—78^r (Nr. 31).

Bréquigny, Diplomata, II/1 859, Nr. 31 = Migne, PL, 215, 832, Nr. 31; Mansilla, Documentación, 359, Nr. 333. — Potth. Reg. 2713; Delaville le Roulx, Cartulaire, II, 59, Nr. 1237; Mur i 25 Raurell, Relaciones, 236, Nr. 12.

Eidem¹⁾.

Cum^{a)} a nobis petitur, quod iustum est et honestum, et cetera usque inclinati, sententiam diffinitivam a venerabilibus fratribus nostris M(artino)

30. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: XXX, ferner von einer Hand des 15./16. Jhs.: de postulando (X 1. 37. 2), und eine Klammer. ^{b)} Migne: forte. ^{c)} Migne fügt hinzu: et.

30. ¹⁾ S. Br. IX 2 Anm. 1.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 88 c. 1, 3; C. 21 q. 3 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 306f., 855f.); Comp. I 3. 37. 1, 8 = X 3. 50. 1, 2; Conc. Lat. III, c. 12 (COD² 218) = Comp. I 1. 28. un.; 3. 37. 3 = X 1. 37. 1; 3. 50. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 210, 657f.).

35. ³⁾ *Decretum Gratiani* C. 16 q. 1 c. 20; C. 21 q. 3 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 766, 855f.); Comp. I 3. 37. 1 = X 3. 50. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 657).

31. ^{a)} Die Initiale auf Rasur.

31. ¹⁾ S. Br. IX 2 Anm. 1.

Zamorensi²⁾ et G(undisalvo) Salamantin(o)³⁾ episcopis, iudicibus a sede apostolica delegatis⁴⁾, in causa votorum beati Iacobi⁵⁾, que inter ecclesiam * Compostellanam ex una parte ac Templarios^{b)}, Hospitalarios et fratres militie sancti Iacobi⁶⁾ ex parte altera vertebatur, mediante iustitia promulgatam, sicut est iusta nec legitima provocatione suspensa, auctoritate apostolica 5 confirmamus et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Idus Martii, anno nono.

32.

Innocenz III. teilt den Bischöfen (Martin) von Zamora und (Gonzalo) von Salamanca mit, daß diejenigen, die aufgrund ihres Urteils wieder die „Votos“ an die Kirche von Compostela entrichten, auch nach einer geringeren Maßeinheit zahlen können, außer es besteht ein und dasselbe Maß für die ganze Region.

Rom, St. Peter, 1206 März 23.

Reg. Vat. 7, fol. 78^v (Nr. 32).

Bréquigny, Diplomata, II/1 860, Nr. 32 = Migne, PL, 215, 832, Nr. 32; Mansilla, Documentación, 361, Nr. 335. — Comp. III 3. 37. 3; Bern. 3. 36. 3; X 3. 39. 18. — Potth. Reg. 2724.

15

.. Zamorensi¹⁾ et .. Salamantin(o)²⁾ episcopis.

| **Ex**^{a)} parte venerabilis fratris nostri .. Compostellani archiepiscopi³⁾ fuit propositum coram nobis, quod, cum hii, qui vota beati Iacobi⁴⁾ continue 20

^{b)} Migne fügt hinzu: et.

²⁾ Martin Arias, B. von Zamora (Suffr. von Santiago de Compostela, ht. Valladolid) 1193 bis ca. 1218. Vgl. *DHEE* IV 2799; FLETCHER, *Episcopate*, 42, 44f. und passim; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 433f.

³⁾ Gonzalo Fernández, als B. von Salamanca (Suffr. von Valladolid) bezeugt 1195—1226. 25 Vgl. *DHEE* IV 2143; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 321.

⁴⁾ S. Br. II 137 (146) und 138 (147) vom 14. und 10. Juli 1199.

⁵⁾ Die „Votos“ sind eine seit dem 10. Jh. bezeugte Abgabe an die Kirche von Santiago de Compostela, die von den spanischen Königen zum Dank für die Siege über die Mauren verfügt wurde und in Galicien, León und Kastilien geleistet werden sollte; vgl. Br. II 130 (139) Anm. 25, II 136 (145), VI 84 und FEIGE, *Anfänge*, 341—343; VONES, „*Historia Compostellana*“, 205—210.

⁶⁾ Die Templer, Johanniter und der Orden von Santiago.

32. ^{a)} *Die Initiale auf Rasur. Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.: de censi(bus) (X 3. 39. 18).*

32. ¹⁾ S. Br. IX 31 Anm. 2.

²⁾ S. Br. IX 31 Anm. 3.

³⁾ S. Br. IX 2 Anm. 1.

⁴⁾ S. Br. IX 31 Anm. 5.

35

persolverunt, ad communem mensuram terre sue, cum qua videlicet emunt et vendunt, ipsa solverint^{b)} hactenus et persolvant, quidam, qui a longis retro temporibus ab eorum solutione cessarunt, nunc per vos apostolice sedis auctoritate ad solutionem eorundem coacti quandam mensuram parvissimam et ignotam nec etiam communibus usibus deputatam exhibent et ad eandem vota predicta solvere moliuntur. Unde postulavit^{c)} a nobis, ut super hoc vos certos reddere dignaremur, utrum hii^{d)}, qui mensuram ignotam exhibent, ad solvendum vota prescripta sint ad communem sue terre mensuram, secundum quod illi, qui ea persolverunt continue, faciunt, compellendi.

Cum ergo non constet, ad quam mensuram antecessores eorum prescripta vota persolverint, credimus^{e)} distinguendum, utrum habitatores regionis ipsius, qui ea continue persolverunt, ad unam et eandem mensuram huiusmodi vota persolvant an ad varias et diversas. Si enim communiter omnes una et eadem mensura in solutione votorum utuntur, ad eandem et illi solvere sunt cogendi. Quodsi communis solutio per mensuras distinguitur^{f)} varias et diversas et illi volunt solvere ad minorem, non sunt utique compellendi, ut ad maiorem persolvant, quoniam, cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt a viris ecclesiasticis exigenda, ne tamquam exactores nimium videantur lucris temporalibus inhiare.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), X Kal. Aprilis, anno nono.

33.

Rechtsauskunft für den Bischof (Alfons) von Orense: Domkanoniker dürfen auf Kirchengrund errichtete Häuser oder mit Kirchengut erworbene Güter nicht veräußern oder vererben. Die bei einer Bischofsweihe gemachte Aussage über die Würdigkeit des Kandidaten beruht auf der jeweiligen Kenntnis des diesen präsentierenden Bischofs. Der Papst nennt sich im Fürbittengebet des Kanons der Messe selbst.

Rom, St. Peter, 1206 März 15.

30 *Reg. Vat. 7, fol. 78^r (Nr. 33).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 860, Nr. 33 = Migne, PL, 215, 833, Nr. 33; Mansilla, Documentación, 359, Nr. 33A. — Comp. III 1. 10. un., 3. 33. 3; Alan. 6. 6, 8; Alan. K. 6. 2. 4, 6. 3. 6; Bern. 3. 20. 4, 3. 32. 3, 1. 11. un.; Coll. Fuld. 6. 2. 5, 7; X 1. 12. un. — Potth. Reg. 2717.

^{b)} *Migne*: persolverint. ^{c)} *Migne*: postularunt. ^{d)} *Migne*: ei. ^{e)} *Darnach eine Rasur, mit einem Strich ausgefüllt.* ^{f)} *Migne*: distinguatur.

.. Auriensi episcopo¹⁾.

Ex^{a)} parte tua fuit propositum coram nobis, quod, cum canonici tui de domibus in ecclesie solo fundatis et aliis de bonis ipsius ecclesie acquisitis pro sua velint voluntate disponere ac suis consanguineis in testamento legare nec tu id velis in patientia tolerare asserens illud esse non solum contra Lateranensis statuta concilii²⁾, verum etiam^{b)} contra antiquorum canonum^{c)} sanctiones³⁾, affirmant per consuetudinem antiquis canonibus derogatum et Lateranense concilium ab aliis episcopis non servari. Unde qualiter super hiis procedere debeas, nos consulere voluisti. Nos igitur fraternitati tue breviter respondemus, ut super hiis Lateranensis statuta concilii facias appellatione remota firmiter observari.

Quesivisti preterea per sedem apostolicam edoceri, ut, cum episcopi ad consecrationes episcoporum ab archiepiscopo suo vel etiam alio evocentur et ipsi metropolitano electum offerant consecrandum dicentes: «Reverende pater, postulat sancta mater ecclesia hunc electum in episcopum consecrari», et interrogante archiepiscopo, si sciant illum esse dignum, respondeant, quod illum sciunt et credunt pariter esse dignum, et te in responsione huiusmodi, ne offenderes hominem, Deum existimes offendisse quandoque preter quandoque contra conscientiam respondendo, cum electi conversatio aut minus bene tibi cognita aut penitus sit ingnota, qualiter in huiusmodi interrogationibus salva conscientia valeas respondere. Ad quod fraternitati tue taliter duximus respondendum, quod, cum nos aliquem in diaconum vel presbiterum promovemus, prior diaconorum, qui nobis assistit, dicit: «Postulat sancta mater ecclesia catholica hunc subdiaconum vel diaconum ad onus diaconatus vel presbiteratus assumi», et nobis interrogantibus, si eum cognoverit^{d)} esse dignum⁴⁾, idem respondet, quod, quantum humana fragilitas nosse sinit, et scit et testificatur illum ad huiusmodi onus officii esse dignum. Unde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter se scire illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit, cum illum, quem indignum esse non^{e)} novit, dignum debeat estimare^{f)}. Huiusmodi ergo^{g)} responsione secure poteris uti, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoscas, metropolitano secreta, priusquam ad huiusmodi scrutinium veniatur, studeas nunciare, quamvis, ut diximus, nos inter-

33. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. ^{b)} Migne: et. ^{c)} Fehlt bei Migne. ^{d)} Migne: cognovit. ^{e)} n(on) über der Zeile nachgetragen. ^{f)} Migne: existimare. ^{g)} Über dem -g- eine kleine Rasur.

33. ¹⁾ Alfons (I.), B. von Orense (Suffr. von Braga) 1174—1213. Vgl. *DHEE* III 1834; *FLETCHER, Episcopate*, 49f. und passim; *UBIETO ARTETA, Listas*, I 256.

²⁾ Conc. Lat. III, c. 15 (*COD*³ 219) = Comp. I 3. 22. 4 = X 3. 26. 7 (*FRIEDBERG, CorpIC*, II 540).

³⁾ *Decretum Gratiani* C. 12 q. 4 c. 1; C. 12 q. 5 c. 1, 2 (*FRIEDBERG, CorpIC*, I 714f.).

⁴⁾ Vgl. *ANDRIEU, Pontifical Romain*, I 130f., bes. 130 Z. 14f., 131 Z. 10—12.

rogationem huiusmodi non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbiteri faciamus.

Postulasti preterea edoceri, quibus verbis pontifex Romanus utatur in eo loco canonis misse, in quo sacerdos inferior dicit: «Una cum papa nostro et antistite nostro»⁵⁾, cum idem pro se tunc videatur orare ac supra se antistitem non habere. Ad quod devotioni tue taliter respondemus, quod nos ibi dicimus: «Una mecum indigno famulo tuo», ubi verbis predictis utuntur alii sacerdotes.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Idus Martii, anno nono.

10

34.

Innocenz III. weist die Postulation des Bischofs J(ohannes) von Norwich zum Erzbischof von Canterbury zurück und befiehlt zehn namentlich genannten und sechs weiteren Mönchen des Kathedralpriorats (Christchurch) von Canterbury, am 1. Oktober 1206 an der Kurie zu erscheinen, damit sie im Prozeß um die Wahl des Subpriors R(eginald) Zeugnis geben und, sofern sich diese als unrechtmäßig erweist, mit Vollmacht des Konvents eine Neuwahl durchführen. Der Bischof (Gilbert) von Rochester und der Abt (Roger) von St. Augustine in Canterbury sollen die Aussagen der übrigen Mönche in Canterbury einholen, König J(ohann) von England und die Suffraganbischöfe von Canterbury Prokuratoren an die Kurie senden. Andernfalls wird der Papst selbst einen Erzbischof ernennen.

Lateran, 1206 März 30.

Reg. Vat. 7, fol. 78^o—79^o (Nr. 34).

Bréquigny, Diplomata, II/1 861, Nr. 34 = Migne, PL, 215, 834, Nr. 34. — Poth. Reg. 2732; Bliss, Calendar, I 26; Cheney, Calendar, 699.

25 *Vgl. Knowles, Canterbury Election; Cheney, Innocent III and England, 147—150.*

.. Priori et conventui Cantuarien(sibus)¹⁾.

Non^{a)} sufficimus verbis exprimere aut litteris explicare, in quantam nos et fratres nostri non solum ammirationem, verum etiam turbationem simus inducti super hiis^{b)}, que circa provisionem Cantuariensis ecclesie²⁾, matris

30 ⁵⁾ Vgl. etwa VAN DIJK, *Ordinal*, 510 Z. 3f.

34. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande zwei kurze, schräge Striche. ^{b)} Migne: iis.

34. ¹⁾ Gottfried, Prior des benediktinischen Kathedralpriorats Christchurch in Canterbury 1191—1213. Vgl. KNOWLES—BROOKE—LONDON, *Heads of Religious Houses*, 34; GREATREX, *Biographical Register*, 166f.

35 ²⁾ Nach dem Tod des Hubert Walter, EB. von Canterbury 1193—1205 Juli 13. Vgl. LE NEVE—GREENWAY, *Fasti*, II 5; CHENEY, *Hubert Walter*, 174. Vgl. die in Canterbury zusammengestellte Dokumentation, gedruckt als Fragmentary Chronicle (RBS 73/2) LIV—CXV, vgl. dazu XVII f.

vestre, certa relatione didicimus per vos tamquam degeneres filios improvide perpetrata³⁾, ut iam ipsa de vobis dicere possit: «Filiis enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me», * quasi fornicariam diversis amatoribus exponentes. Pro dolor! Ubi est illa religionis honestas, discretionis prudentia, veritatis sinceritas et virtutis constantia, que claris late titulis de vobis solebant hactenus predicari? Mutatus est color optimus, et aurum in scoriam est conversum. Quin immo veremur, ne simulationis amictu vestram hucusque palliaveritis pravitatem, que nunc est scisso velamine turpiter denudata.

Sane^{c)} cum olim dilecti filii Salomon⁴⁾, Gual(terus)⁵⁾, Simon⁶⁾, Rogerius⁷⁾ et W.⁸⁾ monachi vestri ad sedem apostolicam accessissent et electionem, quam de persona dilecti filii R(eginaldi), supprioris⁹⁾ ecclesie vestre, asserebant a vobis concorditer celebratam, sicut ex decreto fratrum evidentius apparebat¹⁰⁾, peterent humiliter confirmari¹¹⁾, dilectus filius magister Petrus de Inglesha(m)^{d, 12)} ex parte suffraganeorum ecclesie Cantuariensis¹³⁾ eorum se

^{c)} Davor ein Paragraphenzeichen von späterer Hand. ^{d)} Migne: Inglesham.

³⁾ Gemeint sind die in der Folge geschilderte fragwürdige Wahl des Subpriors Reginald und die bei laufendem Prozeß vollzogene Wahl des Bischofs Johannes von Norwich.

⁴⁾ Salomon, Mönch des Kathedralpriorats Christchurch in Canterbury, bezeugt 1205, 1213 Subprior. Vgl. GREATREX, *Biographical Register*, 276.

⁵⁾ Walter, als Mönch des Kathedralpriorats Christchurch in Canterbury bezeugt 1193 (?) bis 1205. Vgl. *ibid.* 312.

⁶⁾ Simon, als Mönch des Kathedralpriorats Christchurch in Canterbury bezeugt ab 1198/1199, vielleicht zeitweise Präcentor. Vgl. *ibid.* 288.

⁷⁾ Roger, als Mönch des Kathedralpriorats Christchurch in Canterbury bezeugt bis vielleicht 1235. Vgl. *ibid.* 267.

⁸⁾ Vielleicht identisch mit dem 1198 bezeugten Präcentor W. Vgl. *ibid.* 311.

⁹⁾ Reginald, bezeugt ab 1199, Subprior des Kathedralpriorats Christchurch in Canterbury (vor) 1205, vielleicht der Kompilator der „Epistolae Cantuarienses“, der Dokumentation der Streitigkeiten des Kathedralpriorats mit den Erzbischöfen Balduin und Hubert. Vgl. *ibid.* 262f.; STUBBS, *Epistolae*, XI—XIII.

¹⁰⁾ Eine vom Konvent besiegelte Urkunde über Reginalds Wahl wird erwähnt in der Fragmentary Chronicle (*RBS* 73/2) LIV.

¹¹⁾ Am 1. Dezember 1205 hatte der Papst ein Empfehlungsschreiben zugunsten des Gewählten an König Johann von England (s. Br. IX 25 Anm. 11) und am 8. Dezember ein Mandat an die Suffraganbischöfe, der Kirche von Canterbury gehorsam zu sein, gerichtet, bevor er am 11. Dezember (Br. VIII 162 [161]) nach dem Einspruch des Prokurators der letzteren (s. unten Anm. 12, 13) eine Untersuchung in England anordnete. Vgl. CHENEY, *Calendar*, 655 = SAYERS, *Original Papal Documents*, 18, Nr. 32; Dr.: CHENEY, *Neglected Record*, 237f.; CHENEY, *Calendar*, 656.

¹²⁾ Magister Peter von Inglesham ist im Haushalt Wilhelm Marshals, Grafen von Pembroke, aber auch im königlichen Dienst bezeugt. Er folgte Peter des Roches (s. unten Anm. 15) nach dessen Bischofswahl auf einer Pfründe nach und scheint auch ein Kanonik in Wells besessen zu haben. Vgl. KEMP, *EEA XIX: Salisbury 1217—1228*, 370, Anm.; CHENEY, *Calendar*, 658; VINCENT, *Peter des Roches*, 76, Anm. 155; HARDY, *Rotuli litterarum patentium*, 49—49b; DERS., *Rotuli litterarum clausarum*, 56; LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, VII 93, 120.

¹³⁾ Wahrscheinlich jene dreizehn Suffragane von Canterbury, die nach dem Tod EB. Huberts von Canterbury (s. oben Anm. 2) an Papst Innocenz III. appellierten, daß der herkömmliche Wahlmodus eingehalten werden solle, demzufolge die Suffragane und die Mönche

Is 1, 2
* fol. 79r

vgl. Lam 4, 1

vgl. Is 1, 22

5

15

20

25

30

35

40

45

petitioni opposuit adversarium, asserens eos in ipsa electione taliter processisse, quod non solum non confirmari debebat sed irrita iudicari. Cumque predicti monachi eum repellere conarentur pro eo, quod procurationis mandatum minime ostendebat, responsum est ab eodem, quod in provincia
 5 Lombardie apud civitatem Parmensem¹⁴⁾ tam litteris de mandato quam rebus aliis fuerat spoliatus, sed paratus erat prestare idoneam cautionem, quod, quicquid per eum fieret in hac causa, dicti suffraganei ratum haberent. Licet igitur idem monachi niterentur ostendere satisfactionem huiusmodi non esse in hoc articulo admittendam, nos tamen partium utilitate ac necessitate
 10 pensata, cum dubitaretur probabiliter de mandato, eundem magistrum electioni contradicentem admisimus, prius tamen ab ipso mille marcarum cautione recepta; venerabili^{e)} fratre nostro^{e)} P(etro), Wintoniensi episcopo¹⁵⁾, et magistro Ioh(ann)e, sancti Pauli Londonien(sis) canonico¹⁶⁾, de nostra licentia se cum ipso ad penam obligantibus pro eodem, ut, quod per eum fieret
 15 in hac parte, ipsi suffraganei firmiter observarent. Insistentibus igitur monachis antedictis ad obtinendum confirmationem electionis predictae, sicut ab universo ecclesie vestre conventu proponebatur concorditer celebrata, dictus magister eam multipliciter nixus est impugnare, tum quia post appellationem ad nos legitime interpositam non tam celebrata fuerat quam presumpta¹⁷⁾,
 20 tum quia suffraganei Cantuariensis ecclesie fuerant in hac electione contempti, cum sine ipsis, immo nisi cum ipsis non possit vel debeat talis electio celebrari¹⁸⁾, commune ius et consuetudinem antiquam allegans¹⁹⁾ ac etiam,

^{e-e)} *Migne*: venerabilibus fratribus nostris.

des Cathedralpriorats gemeinsam wählen sollten: die Bischöfe Wilhelm von London, Gilbert
 25 von Rochester, Heinrich von Exeter, Herbert von Salisbury, Heinrich von Llandaff, Gottfried von Coventry–Lichfield, Eustach von Ely, Mauger von Worcester, Johannes von Norwich, Aegidius von Hereford, Wilhelm von Lincoln, Gottfried von St. Davids, Simon von Chichester. Vgl. GIBBS, *Early Charters St. Paul*, Nr. 181, S. 140 = JOHNSON, *EEA XXVI: London 1189–1228*, 88, Nr. 91; CHENEY, *Calendar*, 658 (Kommentar).

30 ¹⁴⁾ Parma, Emilia-Romagna.

¹⁵⁾ Peter des Roches, B. von Winchester (Suffr. von Canterbury) 1205–1238. Vgl. LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, II 86; VINCENT, *EEA IX: Winchester 1205–1238*; VINCENT, *Peter des Roches*, zu seinem Aufenthalt in Rom *ibd.* 52f.

35 ¹⁶⁾ Magister Johannes von London, als Domkanoniker von St. Paul's in London bezeugt 1203/1204—ca. 1212. Vgl. LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, I 46.

¹⁷⁾ Vgl. Digesten 49. 1. 16; 49. 5. 6; 49. 7. 1. 1 (Ed. MOMMSEN 823, 826); Codex 7. 62. 3 (Ed. KRUEGER 320f.); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6. c. 31 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 477). S. oben Anm. 13.

40 ¹⁸⁾ Auch die Wahlen der Erzbischöfe Richard 1173, Balduin 1184, Reginald 1191 und Hubert 1193 waren von schweren Streitigkeiten zwischen den Mönchen und den Suffraganen um die jeweiligen Rechte begleitet, die Bischöfe waren aber jeweils an der Wahl beteiligt. Vgl. Gervasii Cantuariensis opera I (*RBS* 73/1) 240–245, 313–325, 509–512, 518f.; LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, II 4f.

45 ¹⁹⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 63 c. 19 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 240). Vgl. GANZER, *Beschränkung der Bischofswahl*, 43, 45, 53f., 58, 67, 71.

quod vos usque ad festum beati Andree²⁰⁾ statueratis inducias cum episcopis super electione tractandi, quas ipsis episcopis inconsultis non fuistis veriti prevenire, petens^{f)} preterea restitutionem quasi possessionis, qua dicebat suffraganeos sepe dictos in hac parte temere spoliatos²¹⁾.

Quamvis igitur ex adverso privilegia predecessorum nostrorum et nostrum^{g.} ²²⁾ aliaque nonnulla documenta fuerint nobis ostensa multisque tam de facto^{h)} quam de iure rationibus allegatis, desideranter vellemus finem imponere huiusmodi questioni, que sine magno dispendio partium non poterat diutius prorogari, quia tamen de quibusdam utrimque propositis nequiverat nobis fieri plena fides, de communi fratrum nostrorum consilio interlocuti fuimus in hac parte, ut testes, quos utraque pars duceret producendos, usque ad Kal(endas) Maii proximo tunc venturas²³⁾ ad sedem apostolicam mitterentur, nisi forte quidam eorum essent valitudinarii sive senes, quos ab huiusmodi onere debilitas redderet corporis excusatos, de quibus ita duximus ordinandum, ut per dilectos filios .. sancti Albani Lincolniensis²⁴⁾ et .. de Radinges Saresberiensis²⁵⁾ diocesum abbates et .. decanum sancti Pauli Londoniensis²⁶⁾ reciperentur in Anglia et depositiones ipsorum suis incluse sigillis nobis infra dictum terminum mitterentur²⁷⁾. Unde sepe factis suffraganeis per scripta nostra mandavimus²⁸⁾, ut universos testes, quos in hac causa ducerent producendos, nisi valitudinarii forent vel senes, cum instrumentis et rationibus infra dictum terminum excusatione, appellatione ac dilatione postpositis ad sedem apostolicam destinarent, providentes ut, si quos forte prelibata debilitas ad nos accedere prohiberet, ipsos, si vellent, coram dictis abbatibus et decano producerent, ut depositiones ipsorum nobis possent in eodem termino presentari, significaturi nobis per litteras suas, utrum ratum vellent

^{f)} *Migne*: petebat. ^{g)} *Migne*: nostra. ^{h)} *Migne*: acto.

²⁰⁾ 30. November 1205. König Johann hatte von den Mönchen verlangt, nicht vor diesem Tag zu wählen. Vgl. Gervasii Cantuariensis opera II (*RBS* 73/2) 98f.; HARDY, *Rotuli litterarum patentium*, 56b.

²¹⁾ Vgl. Codex 7. 19. 7. 2 (Ed. KRUEGER 304); *Decretum Gratiani* C. 2 q. 2 c. 1—3, 5, 6; C. 3 q. 1 c. 1—4, p. c. 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 450f., 505—507).

²²⁾ Die Päpste Hadrian IV. 1158, Alexander III. 1174 und 1179, Lucius III. 1184 (BÖHMER—BAAKEN—SCHMIDT, *Regesta Imperii*, 580, Nr. 1003), Urban III. 1187, Coelestin III. 1191 und Innocenz III. 1200. Vgl. HOLTZMANN, *PU in England*, II 288, Nr. 102; 322, Nr. 131; 331, Nr. 139; 370, Nr. 180; 422, Nr. 228; 446, Nr. 250 VII; 456, Nr. 263, und CHENEY, *Calendar*, 211.

²³⁾ 1. Mai 1206.

²⁴⁾ Johannes von Cella, Abt von St. Albans (Ben.-Abtei, exemt, Diöz. Lincoln, Hertfordshire) 1195—1214. Vgl. KNOWLES—BROOKE—LONDON, *Heads of Religious Houses*, 67; *Dict. HGE* 26 (1997) 1390f.

²⁵⁾ Elias, Abt von Reading (Ben.-Abtei, Diöz. Salisbury, Berkshire) 1200—1212. Vgl. KNOWLES—BROOKE—LONDON, *Heads of Religious Houses*, 63.

²⁶⁾ Magister Alard von Burnham, Domdekan von St. Paul's in London 1200/1201—1216. Vgl. LE NEVE—GREENWAY, *Fasti*, I 6.

²⁷⁾ Br. VIII 162 (161) vom 11. Dezember 1205.

²⁸⁾ CHENEY, *Calendar*, 658.

habere, quod per antedictum magistrum factum fuerat in hac causa, et si forte ratum id nollent habere, procuratores idoneos infra dictum terminum ad nos destinare curarent, qui omni tergiversatione postposita sic instructi venirent, quod nichil deficeret quoad ipsos, quominus ipsum negotium per nos auctore Domino finem debitum sortiretur. Alioquin cum in executione iustitiae non debeat esse personarum acceptio vel delectus, extunc non habentes respectum ad hominem sed ad Deum, sic ecclesie vestre, quantum possemus de iure, providere auxiliante Domino curarem, quod optata deinceps posset tranquillitate gaudere.

vgl. Dt 1, 17;
Iac 2, 21 u.ö.

Cum autem super hiis dicti monachi ac magister a nobis litteras accepissent et a sede apostolica recessissent in Angliam profecturi, dilecti filii G.²⁹⁾, E.³⁰⁾, H., T., R., L. monachi et magister H(onorius), archidiaconus Ricchemundie³¹⁾, missi ex parte vestra coram nobis ex insperato venerunt asserentes, quod tam a vobis quam suffraganeis renuntiatum fuerat pro bono pacis appellationibus¹⁾ universis ac deinde libera et spontanea voluntate in venerabilem fratrem nostrum .. Norwicensem episcopum³²⁾ universaliter et concorditer convenistis a sede apostolica postulandum, quod tum ex vestris tum ex suffraganeorum litteris ostendebant³³⁾. Unde nobis et fratribus nostris humi-

¹⁾ -o- korr.

²⁹⁾ Die bei GREATREX, *Biographical Register*, 66—335, zusammengestellten Belege für die Mönche des Kathedralpriorats erlauben auch für die Zeit um 1200 mehrere Auflösungen zu jeder der Initialen.

³⁰⁾ Er oder der folgende H. könnte der bei Roger von Wendover, *Flores Historiarum* (RBS 84/2) 12, genannte Magister (H)Elias von Brantefeld sein. Vgl. GREATREX, *Biographical Register*, 99.

³¹⁾ Der Kanonist Magister Honorius (von Kent?), als Archidiakon von Richmond (Erzdiöz. York) bezeugt 1198/1202—1208, gest. nach 1210. Vgl. HARDY, *Rotuli litterarum patentium*, 57a, den königlichen Geleitbrief vom 18. Dezember 1205 für ihn, Mag. Columbus (bekannt als Prokurator des EB. Gottfried von York und des B. Johannes von Norwich [s. unten Anm. 32]), vgl. Br. VIII 47 mit Anm. 4), Mag. Gottfried von Derham und sechs Mönche von Canterbury. Zu Honorius vgl. LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, VI 48f.; KUTTNER-RATHBONE, *Anglo-Norman Canonists*, 304—316, bes. 304—309, zu seiner Rolle in diesem Prozeß *ebd.* 308, Anm. 35; CHENEY, *King John*, Reprint 317 (Additional Notes); STENTON, *Great Roll of the Pipe. Michaelmas 1210*, 153. Auch EB. Hubert von Canterbury beschäftigte ihn und übertrug ihm zwei Kirchen. Vgl. CHENEY, *Hubert Walter*, 164f.; CHENEY-JONES, *EEA II: Canterbury 1162—1190*, XXVIII; CHENEY-JOHN, *EEA III: Canterbury 1193—1205*, 55, Nr. 384, und ad indicem.

³²⁾ Johannes von Gray, B. von Norwich (Suffr. von Canterbury) 1200—1214. Vgl. LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, II 56. Er wurde am 11. Dezember 1205 in Gegenwart König Johans gewählt, wobei die Mönche die Wahl des Subpriors verschwiegen haben sollen. Vgl. Gervasii Cantuariensis opera II (RBS 73/2) 99; CHENEY, *Innocent III and England*, 148f. In Königsurkunden scheint er ab dem 18. Dezember 1205 als Elekt von Canterbury auf, gegen Ende des folgenden Jahres aber wieder nur als Bischof von Norwich. Vgl. HARDY, *Rotuli chartarum*, 160b; DERS., *Rotuli litterarum clausarum*, 72b, vgl. 75.

³³⁾ König Johann sandte einen Brief dieses Inhalts vom 11. Dezember 1205 an den Papst und befahl am 20. Dezember den Suffraganbischöfen Canterburys, ein Schreiben des Bischofs von London zugunsten des Elekten an den Papst zu besiegeln. Vgl. HARDY, *Rotuli litterarum patentium*, 56b, 57a; JOHNSON, *EEA XXVI: London 1189—1228*, 89, Nr. 93. Vgl. auch Fragmentary Chronicle (RBS 73/2) LV.

liter supplicabant, ut propter necessitatem urgentem et evidentem utilitatem Cantuariensis ecclesie postulationem ipsam admittere dignaremur³⁴). Porro dilectus filius W. monachus³⁵, qui cum prefato suppriori remanserat, postulationem huiusmodi asserebat¹⁾ penitus reprobendam: primo quia, postquam electionis negotium ad nostrum pervenit examen, nichil omnino de illo nostro non expectato iudicio debuit a quocumque disponi³⁶), presertim cum iam fuerit a nobis super ipso negotio prescripto modo processum; secundo, quia iuxta canonicas sanctiones³⁷) non erat assumendus extraneus, * quamdiu poterat domesticus ad regimen ipsius ecclesie idoneus inveniri, unde facultas erat sibi et aliis renitendi, si quemquam ingeri cernerent ex adverso; tertio quia per litteras vestras, quas prefatis suppriori et monachis apud sedem apostolicam existentibus direxistis, manifeste notastis, quod ad postulationem huiusmodi faciendam per impressionem fuistis inducti³⁸), cum timeretis dispendium rerum et periculum personarum.

Licet igitur multa fuissent non minus diligenti quam efficaci studio ex adverso responsa, nos tamen, in quorum manibus non debet esse pondus et pondus quasi statera dolosa, sine personarum acceptione via regia procedentes non declinando ad dexteram vel sinistram de communi fratrum nostrorum consilio postulationem huiusmodi non propter indignitatem persone, sed propter iniquitatem processus censuimus repellendam dolentes non modicum, sicut ille novit, qui nichil ignorat, super tribulationibus et angustiis, que multe nimis huius occasione discordie Cantuariensem ecclesiam invenerunt. Postulatione vero, sicut dictum est, reprobata statim dilecti filii magister Honorius et T. monachus iniuncte sibi procurationis ex parte vestra litteras protulerunt asserentes vos suppriorum predictum nequaquam^{k)} in archiepiscopum elegisse, sed cum audissetis pro certo, quod karissimus in Christo filius noster I(ohannes), rex Anglorum illustris³⁹), et venerabiles fratres nostri Cantuariensis ecclesie suffraganei nuntios suos ad sedem apostolicam direxissent, ut a nobis ad vos litteras optinerent pro aliqua certa persona in archiepiscopum assumenda, ex communi deliberatione hac fuistis uti cautela, ut de tribus, quos inter ceteros nominastis, priore videlicet, suppriori ac precentore⁴⁰), unus, in quem plures ex fratribus convenirent, eligeretur ad sedem apostolicam destinandus, ut, si forsan animum nostrum ad

1) *Migne*: asserebant. k) *Über dem ersten Schaft des n- ein überflüssiger Kürzungsstrich.*

³⁴) Vgl. *Decretum Gratiani* C. 7 q. 1 c. 34 § 1, 35 § 2, 39 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 579—581). 35

³⁵) Vielleicht der oben genannte W. aus der ersten Delegation der Mönche.

³⁶) S. oben Anm. 17.

³⁷) *Decretum Gratiani* D. 23 c. 1 § 4; D. 61 c. 13, 16 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 78, 231f.). So auch Alexander III. am 20. Dezember 1174 für das Kathedralpriorat von Canterbury. Vgl. HOLTZMANN, *PU in England*, II 333, Nr. 142. 40

³⁸) Vgl. Gervasii Cantuariensis opera II (*RBS* 73/2) 99.

³⁹) S. Br. IX 25 Anm. 11.

⁴⁰) Vielleicht W., als Präcentor bezeugt 1198. S. oben Anm. 8.

vgl. Prv 20, 23
vgl. Dt 1, 17;
Iac 2, 1 u. 6.
vgl. Nm 21, 22
vgl. Nm 20, 17;
Dt 2, 27 u. 6.

* fol. 79r

predictorum regis et suffraganeorum preces admittendas perpenderet inclinatum, ipse se gereret pro electo, datis sibi litteris in modum decreti confectis, quibus in hoc casu solummodo uteretur. Cumque in suppriorum plures ex fratribus convenissent, ipsum cum decreto quasi super eius electione confecto adhibitis sibi quibusdam fratribus ad sedem apostolicam direxistis, in virtute obedientie sub interminatione anathematis iniungentes eisdem, ut numquam, nisi forsitan in casu predicto, illo presumerent uti decreto; ipse vero ambitionis tenebris excecatus aliosque secum dampnabili pravitare seducens pro electo se gessit, cum numquam fuisset electus. Quod tam per litteras vestras quam per testes omni exceptione maiores⁴¹⁾ ostendere promittebant. Monachus vero predictus affirmans eundem suppriorum concorditer ac simpliciter absque omni contradictione vel condicione a cunctis electum ac vos elevatis propriis manibus coram ligno vivifice crucis et corona beati martiris Thome⁴²⁾ delatis¹⁾ in capitulo promississe, quod illum in pastorem eligeretis et patrem, in quem de tribus prenominatis personis maior pars et sanior consentiret⁴³⁾, nitebatur procurationis mandatum multipliciter infirmare.

Super quo cum fuisset aliquamdiu disputatum, interlocuti sumus, ut salvis legitimis exceptionibus universis, quas contra procuratores aut testes vel etiam dicta testium⁴⁴⁾ pars suppriorum vellet opponere, testes producerentur utrinque; sicque testes hinc inde fuere producti, quamvis ex altera parte quinque, ex altera vero unus, et depositiones conscripte. Sed cum nollent hiis solis testibus esse contenti, quamvis nos eos ad finem negotii multipliciter urgeremus, de communi tandem fratrum nostrorum consilio discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus usque ad Kalendas Octobris proximo venturas⁴⁵⁾ vos, filii Abel, Ioh(anne)s de Hale, Eadhmun-

¹⁾ *Migne*: delegatis.

⁴¹⁾ Vgl. Codex 8. 37 (38). 14. 2 (Ed. KRUEGER 351).

⁴²⁾ Thomas Becket, EB. von Canterbury 1162—29. Dezember 1170 (ermordet), heiliggesprochen 1173. Vgl. LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, II 4; BARLOW, *Thomas Becket*, bes. 245—269. Die frühen Becket-Viten und die Liturgie betonen — unter Ausnützung des Doppelsinnes — das Abschlagen der Schädeldecke, der „corona“, des Erzbischofs durch die Mörder. Belege für die später eigenständig gezeigte Reliquie finden sich ab dem späten 12. Jahrhundert. Vgl. MASON, *Bones*, 3—45, 96—107; SLOCUM, *Cult of Saint Thomas Becket*, 15.

⁴³⁾ Vgl. Conc. Lat. III, c. 16 (COD² 219) = Comp. I 3. 10. un. = X 3. 11. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 506). Zum Vorgang vgl. die unterschiedlichen Erzählungen über die Verheimlichung der Wahl des Subpriors in den Gesta Innocentii, c. 131 (MIGNE, *PL*, 214, CLXXV B; GRESS-WRIGHT 320), bei Gervasius von Canterbury (Gervasii Cantuariensis opera II [RBS 73/2] 99) und Roger von Wendover, Flores Historiarum (RBS 84/2) 10f.; anders Fragmentary Chronicle (RBS 73/2) LIV.

⁴⁴⁾ Vgl. Codex 4. 20. 17 (Ed. MOMMSEN 159f.); *Decretum Gratiani* C. 4 q. 2 et 3 c. 3 § 42 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 541) und JL 17649 (Coelestin III.) = Coll. Clar. II 47 = Coll. Luc. 74h = Coll. Berol. II 7 = Gilb. 2. 12. 2 = Coll. Rotom. I 1. 40l, 21. 10 = Gilb. Brux. 2. 12. 2 = X 2. 25. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 374).

⁴⁵⁾ 1. Oktober 1206.

de⁴⁶⁾, Ioseph⁴⁷⁾, Giliberte camerarie⁴⁸⁾, Rog(eri) de Tu(m)ba⁴⁹⁾, Carole, Honori⁵⁰⁾, Andrea de Infirmaria⁵¹⁾, Riccarde de Bendingeham⁵²⁾, cum sex aliis, qui fuerint nominati, nostro vos conspectui personaliter presentetis, ut veritate per vos plenius indagata finem huic cause auctore Domino canonicum imponamus, ab universitate capituli plena potestate recepta, ut si forte supprioris intentio, qui se asserit non pro sua sublimitate sed pro libertate Cantuariensis ecclesie laborare, nequiverit prevalere, personam idoneam preficiatis vobis canonice in pastorem. Ut autem super hiis nobis veritas plenius elucescat, venerabili fratri nostro .. Roffensi episcopo⁵³⁾ et dilecto filio .. abbati sancti Augustini Cantuariensis⁵⁴⁾ apostolicis damus litteris in mandatis⁵⁵⁾, ut ad Cantuariensem ecclesiam personaliter accedentes inquirant a ceteris sub iurisiurandi religione plenissime veritatem eamque nobis fidei relatione rescribant. Et ne propter regis vel suffraganeorum absentiam huiusmodi provisio valeat retardari, scribimus eisdem regi et suffraganeis, ut et ipsi propter hoc procuratores idoneos ad nostram non differant presentiam destinare⁵⁶⁾. Alioquin, cum nolimus diutius, sicut nec velle debemus, Cantuariensem ecclesiam in dispendium rerum et periculum animarum carere pastore, nos ad provisionem ipsius auctore Domino procedemus, inobedientes, rebelles et contumaces taliter punituri, quod pena docente cognoscent, quam periculosum extiterit in hoc negotio malignari.

Datum Laterani, III Kal. Aprilis, anno nono.

⁴⁶⁾ Abel, Johannes „de Hale“ und Edmund, Mönche des Kathedralpriorats Christchurch. Vgl. GREATREX, *Biographical Register*, 66, 188, 148.

⁴⁷⁾ Joseph, als Zellerar des Kathedralpriorats Christchurch bezeugt 1203/1204, als Kämmerer 1219. Vgl. *ibid.* 213, 229.

⁴⁸⁾ Gilbert, Kämmerer des Kathedralpriorats Christchurch, vielleicht während des Aufenthalts in Rom gestorben. Vgl. *ibid.* 168. KNOWLES, *Canterbury Election*, 218, Anm. 5, schlug vor, „Joseph Giliberte“ als eine Person zu betrachten, da die Gesta Innocentii, c. 131 (MIGNE, *PL*, 214, CLXXVI A; GRESS-WRIGHT 321) von nur fünfzehn zitierten Mönchen sprechen.

⁴⁹⁾ Roger de Tumba, als Mönch des Kathedralpriorats Christchurch bezeugt 1189. Vgl. GREATREX, *Biographical Register*, 308.

⁵⁰⁾ Karl und Honorius, Mönche des Kathedralpriorats Christchurch. Vgl. *ibid.* 111, 204.

⁵¹⁾ Vielleicht Andreas, als Sakristan des Kathedralpriorats Christchurch bezeugt 1201 bis 1213, als Kastner 1215/1216, vielleicht auch Andreas „de Tumba“, bezeugt als Exulant während des Interdikts. Vgl. *ibid.* 73f., 308.

⁵²⁾ Richard von Bedingham (Gft. Norfolk) oder Beddingham (Gft. Sussex), Mönch des Kathedralpriorats Christchurch. Vgl. *ibid.* 85; CHENEY-JOHN, *EEA III: Canterbury 1193—1205*, 319 (Index).

⁵³⁾ Gilbert von Glanville, B. von Rochester (Suffr. von Canterbury) 1185—1214. Vgl. LE NEVE-GREENWAY, *Fasti*, II 76; KUTTNER-RATHBONE, *Anglo-Norman Canonists*, 289; FLIGHT, *Rochester*, 240.

⁵⁴⁾ Roger, Abt der Ben.-Abtei St. Augustine in Canterbury 1176—1213. Vgl. KNOWLES-BROOKE-LONDON, *Heads of Religious Houses*, 36, 244.

⁵⁵⁾ Br. IX 37.

⁵⁶⁾ Br. IX 35, 36.

35.

Innocenz III. trägt den Suffraganbischöfen von Canterbury auf, im Prozeß gegen das Kathedralpriorat um die Wahl des Erzbischofs bis zum 1. Oktober 1206 Prokuratoren an die Kurie senden. Andernfalls wird er selbst einen Erzbischof
 5 *ernennen.*

Lateran, 1206 März 30.

Reg. Vat. 7, fol. 79^o (Nr. 35).

Bréquigny, Diplomata, II/1 864, Nr. 35 = Migne, PL, 215, 839, Nr. 35. — Potth. Reg. 2733; Bliss, Calendar, I 26; Cheney, Calendar, 700.

10

Suffraganeis Cantuariensis ecclesie¹⁾.

Qualiter^{a)} et quantum a nobis in negotio Cantuariensis ecclesie sit proces-
 sum, ex litteris, quas .. priori et conventui destinamus²⁾, fraternitas vestra
 plene^{b)} poterit edoceri. Cum autem propter idem negotium exequendum
 quosdam ex monachis Cantuariensibus ad nostram presentiam personaliter
 15 evocemus³⁾, volentes, quantum cum Deo possumus, vestro iuri et honori de-
 ferre, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus procuratores idoneos
 infra terminum illis prefixum⁴⁾ ad sedem curetis apostolicam destinare, ne
 propter^{c)} procuratorum defectum vel vobis vel Cantuariensi ecclesie dispen-
 dium generetur. Alioquin, cum nolumus diutius, sicut nec velle debemus,
 20 Cantuariensem ecclesiam in dispendium rerum et periculum animarum care-
 re pastore, nos ad provisionem ipsius actore Domino procedemus.

Datum Laterani, III Kal. Aprilis, anno nono.

36.

*Innocenz III. lädt den König (Johann) von England ein, im Prozeß um die Wahl
 25 des Erzbischofs von Canterbury bis zum 1. Oktober 1206 einen Prokurator an
 die Kurie senden.*

Lateran, 1206 März 30.

Reg. Vat. 7, fol. 80^o (Nr. 36).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 865, Nr. 36 = Migne, PL, 215, 839, Nr. 36. — Potth. Reg. 2734;
 30 Bliss, Calendar, I 26; Cheney, Calendar, 701.*

35. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. ^{b)} Fehlt bei Migne. ^{c)} Fehlt bei Migne.

35. ¹⁾ Suffragane von Canterbury: Bangor, Bath–Wells, Chichester, Coventry–Lichfield, Ely, Exeter, Hereford, Lincoln, Llandaff, London, Norwich, Rochester, St. Asaph, St. Davids, Salisbury, Winchester, Worcester.

35 ²⁾ Br. IX 34 an das Kathedralpriorat Christchurch von Canterbury.

³⁾ S. Br. IX 34 Anm. 46–52.

⁴⁾ 1. Oktober 1206. S. Br. IX 34 Anm. 45.

* fol. 80r

* .. **Illustri^a regi Anglorum¹**).

Qualiter et quantum a nobis in negotio Cantuariensis ecclesie sit processum, ex litteris, quas .. priori et conventui destinamus²), regalis prudentia plene poterit edoceri. Cum autem propter idem negotium exequendum quosdam ex monachis Cantuariensibus ad nostram presentiam personaliter evocemus³), volentes, quantum cum Deo possumus, tuo iuri et honori deferre, presentibus tibi litteris intimamus, ut procuratorem idoneum infra terminum illis prefixum⁴) ad sedem apostolicam satagas destinare, ne propter procuratoris defectum vel regie celsitudini vel Cantuariensi ecclesie dispendium generetur.

Datum Laterani, III Kal. Aprilis, anno nono.

37.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Gilbert) von Rochester und dem Abt (Roger) von St. Augustine in Canterbury auf, im Prozeß um die Wahl des Erzbischofs von Canterbury die eidlichen Aussagen der dort verbliebenen Mönche des Kathedralpriorats einzuholen und bis zum 1. Oktober 1206 an die Kurie zu senden.

Lateran, 1206 März 30.

Reg. Vat. 7, fol. 80r (Nr. 37).

Bréquigny, Diplomata, II|1 865, Nr. 37 = Migne, PL, 215, 839, Nr. 37. — Potth. Reg. 2735; Bliss, Calendar, I 26; Cheney, Calendar, 702.

.. **Episcopo Roffensi¹) et .. abbati sancti Augustini Cantuariensis^{a, 2)}**.

Qualiter et quantum a nobis in negotio Cantuariensis ecclesie sit processum, ex litteris, quas .. priori et conventui destinamus³), discretio vestra plene poterit edoceri. Cum autem propter idem negotium exequendum quosdam ex monachis Cantuariensibus ad nostram presentiam personaliter evocemus⁴), ut super hiis nobis veritas plenius elucescat, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus ad Cantuariensem ecclesiam personaliter acce-

36. ^a) *Fehlt bei Migne.*

36. ¹) S. Br. IX 25 Anm. 11.

²) Br. IX 34 an das Kathedralpriorat Christchurch von Canterbury.

³) S. Br. IX 34 Anm. 46—52.

⁴) 1. Oktober 1206. S. Br. IX 34 Anm. 45.

37. ^a) *Adresse am Rande vorgemerkt: Cantuarien(sis)] Cantuar(iensis).*

37. ¹) S. Br. IX 34 Anm. 53.

²) S. Br. IX 34 Anm. 54.

³) Br. IX 34 an das Kathedralpriorat Christchurch von Canterbury.

⁴) S. Br. IX 34 Anm. 46—52.

dentis inquiratis a ceteris sub iurisiurandi religione plenissime veritatem eamque nobis infra terminum illis prefixum⁵⁾ fideli relatione rescribere procuretis.

Datum Laterani, III Kal. Aprilis, anno nono.

5

38.

Innocenz III. kassiert die Wahl der Nonne G(ertrud ?) zur Äbtissin von Neuenheerse und befiehlt dem Domscholaster (Luthard) von Hildesheim und dem Domkustos (Otto) und dem Domscholaster (Gottfried) von Minden, für die Verwaltung des Stiftes eine geeignete Person zu bestellen, der das entfremdete
 10 *Klostergut auszuhändigen ist; weiters die Bestätigung der Wahl der Kustodin R. durch päpstliche delegierte Richter zu prüfen, sie im Fall einer Irregularität zu kassieren, daraufhin die Wahl selbst zu überprüfen und bei einem positiven Ergebnis zu bestätigen. Ist das nicht möglich, sollen sie der Kustodin R. die Ausgaben für den Prozeß aus dem Stiftsvermögen ersetzen, den Kanonissen eine*
 15 *Neuwahl gestatten und diese dann bestätigen.*

Lateran, 1206 März 29.

Reg. Vat. 7, fol. 80^v—80^r (Nr. 38).

Bréquigny, Diplomata, II/1 865, Nr. 38 = Migne, PL, 215, 840, Nr. 38; Finke, PU Westfalens, I 398, Nr. 835. — Potth. Reg. 2730; Hoogeweg, UB Minden, 10, Nr. 26; Finke, PU Westfalens, I 96, Nr. 206; Janicke, UB Hildesheim, I 582, Nr. 610.

Vgl. Murauer, Innocenz III., die Kustodin R. und die Nonne G.

.. Scolastico Hildesemensi¹⁾ et .. custodi²⁾ et .. scolastico³⁾ Minden(sibus).

| **Dilecta in Christo filia R., custos Herisiensis ecclesie⁴⁾, olim ad^{a)} apostolicam sedem accedens et asserens se in abbatissam electam proposuit, quod**
 25 **Herisiensis ecclesie abbatissa defuncta⁵⁾ sorores et canonici eiusdem ecclesie**

⁵⁾ 1. Oktober 1206. S. Br. IX 34 Anm. 45.

38. ^{a)} *Fehlt bei Migne.*

38. ¹⁾ Luthard, als Domscholaster von Hildesheim bezeugt 1201—1213. Vgl. JANICKE, *UB Hildesheim*, I 541, Nr. 563; 632, Nr. 662.

30 ²⁾ Otto von Landesbergen, Kustos des Domstiftes von Minden 1200—1232. Vgl. HOOGEWEG, *UB Minden*, 4, Nr. 4; 71, Nr. 257.

³⁾ Gottfried von Jeinsen, Domscholaster von Minden 1205—1221. Vgl. *ibd.* 9, Nr. 22; 30, Nr. 102.

35 ⁴⁾ Kanonissenstift St. Maria und St. Saturnina in Neuenheerse (Diöz. Paderborn, Gde. Bad Driburg, Lkr. Höxter, RB. Detmold, Nordrhein-Westfalen). Vgl. SCHMITZ-KALLENBERG, *Monasticon Westfaliae*, 60f.; HENGST, *Westfälisches Klosterbuch*, II 137—149.

⁵⁾ Die Äbtissin Sophie, bezeugt 1200 (WILMANS, *Additamenta*, 70, Nr. 84) starb vor dem 23. April 1203, dem Todestag Bischof Bernhards (II.) von Paderborn, da dieser zu ihrem Begräbnis kam. Vgl. S. 64 Z. 1.

ad monitionem diocesani episcopi⁶⁾, qui ad defuncte venerat^{b)} sepulturam, pro electione facienda insimul conseruerunt .. scolastico Padeburnen(si)⁷⁾ vocato, ut vota examinaret eorum. Cumque in unius electione dissenserint, octo sorores de decem et septem, que presentes erant tunc temporis, et omnes canonici, qui quatuordecim erant, ipsam elegere custodem advocato, ministerialibus et toto populo favorem suum prebentibus et assensum. Econtra vero .. prepositissam in abbatissam septem de sororibus nominarunt. Utraque igitur a parte sua episcopo presentata pro confirmationis^{c)} munere obtinendo episcopus partes commonuit, ut ad pacem intenderent et essent super electione concordés, eis^{d)} spacium quinque dierum super hoc deliberandi concedens^{e)}. Sexto autem die, cum concordare non possent, partibus iniunxit episcopus, ut post alios quinque dies exhibere super suis^{f)} electionibus rationes se Padeburnensi capitulo presentarent. Ipsa ergo custode atque prepositissima cum electricibus^{g)} suis in Padeburnensi capitulo constitutis prepositissima et septem electrices eiusdem G(ertrudem ?) monialem, que de quodam nigro monasterio fuit et in abbatissam cuiusdam ecclesie confirmata et etiam benedicta^{h)}, presentavere tunc primum episcopo se illam elegisse dicentes; unde parte altera nimium stupefacta, cum nescientibus illis nec etiam requisitis mutassent illa, que fecerant, ipsa custos ad proponendam causam suam et etiam defendendam secundo et tertio ab ipso capitulo concedi sibi petiit advocatum, quem non potuit obtinere. Adverse siquidem parti fuerunt plures advocati concessi, tuncque prepositissima est manifeste confessa, quod electioni sue renuntiarat omnino et in ipsam G(ertrudem ?) monialem cum septem electricibus suis^{h)} unanimi consenserat voluntate. Quo custos audito et cognito, quod episcopus et multi de capitulo, cum essent consanguinei monialis eiusdem, ad promotionem eius vellent iudicium declinare, postquam super iure Herisiensi ac sua sibi iustitia conservanda fuit aliquandiu allegatum, ne super electione sua preiudicium pateretur, vocem ad nos appellationis emisit. Sed episcopus appellationi non deferens pro monialiⁱ⁾ iamdicta^{j)}, consanguinea sua, sententiam promulgavit et eam fecit in abbacie possessionem induci.

Volp(er)tus autem clericus, qui venerat partis procurator adverse, proposuit, quod, cum prefata G(ertrudis ?) monialis a maiori, quoniam ab undecim,

^{b)} *Migne*: venerant. ^{c)} *Migne*: consecrationis. ^{d)} *Migne*: eisque. ^{e)} *Migne*: concessit. ^{f)} *Migne*: his. ^{g)} *Migne*: electoribus. ^{h)} *Fehlt bei Migne*. ^{i-j)} *Migne*: iam dicta moniali.

⁶⁾ Bernhard (II.) von Ibbenbüren, B. von Paderborn 1188—1203. Vgl. ROSEN, *Bernhard von Ibbenbüren* (mit dem korrekten Todesdatum); GATZ, *Bischöfe*, 538. An der entsprechenden Stelle des hier zugrunde liegenden Br. VIII 3 vom 2. März 1205 (s. Bd. 8 S. 8 Z. 10f.) ist der namentlich nicht genannte Bischof als „bone memorie“ bezeichnet. An welcher Stelle des Verfahrens sein Nachfolger aufzutreten beginnt, ist nicht zu entscheiden. S. auch unten Anm. 18.

⁷⁾ Dietrich (Theoderich), als Domscholaster von Paderborn bezeugt 1202—1210. Vgl. WILMANS, *Urkunden Paderborn*, 4, Nr. 3; 24, Nr. 32; 26, Nr. 35; 29, Nr. 39.

⁸⁾ Vermutlich identisch mit Gertrud, die 1232 als Äbtissin von Neuenheerse genannt wird. Vgl. WILMANS, *Urkunden Paderborn*, 142, Nr. 213. Bei der Benediktinerinnen-Abtei, aus welcher die Nonne G. stammte, könnte es sich um Gehrden, Willebadessen oder Herdecke in Westfalen handeln; vgl. MURAUER, *Innocenz III., die Kustodin R. und die Nonne G.*, 271f.

et saniori parte capituli — scilicet prepositissa, scolastica et decana et aliis quibusdam sororibus — cassatis tamen prius a iamdicto episcopo duabus frivolis nominationibus bono zelo fuisset in Herisiensem abbatissam electa et confirmata per ipsum episcopum, memorata custos eam super hoc molestare
 5 presumens in eadem ecclesia se volebat intrudere per potentiam laicalem. Ideoque procurator ipse pro eadem petiit moniali, ut confirmationem de ipsa factam observari firmiter faceremus, nocere illi asserens non debere, quod nigra fuerit monialis et alie videlicet Herisienses sorores utantur canonicalibus indumentis et quod confirmata sit et benedicta alibi abbatissa, cum sit de illius
 10 consuetudine regionis⁹⁾, quod nigre moniales assumantur ad huiusmodi abbatias, et quandoque contingat, ut canonica mulier nigrarum monialium teneat abbatiam, asserens hoc etiam a bone memorie C(elestino) papa, predecessore nostro¹⁰⁾, sibi fuisse concessum, ut ad abbatiam aliam posset assumi.

Custos autem replicabat econtra, quod eadem monialis non debebat assumi nec poterat ad ipsarum regimen abbatie, cum non esset soror illius¹⁾ ecclesie, sed de quodam monasterio nigro venisset et in abbatissam honorabilioris ecclesie confirmata esset et benedicta, a cuius regimine non sine culpa credebatur expulsa, et concessionem^{k)}, quam a predecessore nostro se dicebat habere, ostendere non valebat; unde petebat instanter, ut, quod erat
 20 factum de ipsa, irritum faceremus haberi, presertim cum in litteris iamdicti episcopi, quas idem procurator in sue partis defensionem habebat, contineretur expresse ipsum episcopum ad confirmationem electionis illius post appellationem ad nos interpositam processisse¹¹⁾, ac eadem appellatio legitima videretur, cum consanguinitas, quam^{l)} per litteras suas idem episcopus
 25 ipsam monialem contingere perhibebat, manifestam indicaret^{m)} suspicionem in eum preter hoc, quod, quandocumque a diocesano suo gravaretur in aliquo, sibi * appellare licebat¹²⁾.

* fol. 80^r

Nos autem hiis et aliis diligenter auditis, que tam a procuratore iamdicto fuere proposita quam custode, .. Hel(er)wardensi^{n. 13)} et .. Hegen(s)i¹⁴⁾ abba-

30 ⁱ⁾ *Fehlt bei Migne.* ^{k)} *Migne:* consecrationem. ^{l)} *Migne:* qua. ^{m)} *Migne:* indicarit.
ⁿ⁾ *Migne:* Heterwardensi.

⁹⁾ Eine ähnliche Argumentation aus derselben Gegend s. in Br. XI 73 (MIGNE, *PL*, 215, 1386 C) = X I. 4. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 39).

¹⁰⁾ Papst Coelestin III. 1191—1198.

35 ¹¹⁾ S. Br. IX 34 Anm. 17.

¹²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 10 q. 3 c. 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 624).

¹³⁾ Thetmar (III.) von Stockhausen, Abt von St. Peter in Helmarshausen (Ben.-Abtei, Diöz. Paderborn, Gde. Bad Karlshafen, Lkr., RB. Kassel, Hessen) ca. 1192—1206, Abt von Corvey (Ben.-Abtei, Diöz. Paderborn, Gde., Lkr. Höxter, RB. Detmold, Nordrhein-Westfalen) 1206 bis
 40 1216. Vgl. PFAFF, *Helmarshausen*, 217—220; STÜWER, *Corvey*, 259, 288; zum Wechsel von Helmarshausen nach Corvey vgl. MURAUER, *Innocenz III., die Kustodin R. und die Nonne G.*, 288 bis 290, bes. Anm. 134—136; WIEGAND, *Kurie und Kloster*, 131—134.

¹⁴⁾ Zist.-Abtei Haina (Diöz. Mainz, Lkr. Waldeck-Frankenberg, RB. Kassel, Hessen). Vgl. DERSCH, *Hessisches Klosterbuch*, 58—60. Erst 1214—1219 ist Wilhelm als Abt bezeugt. Vgl.
 45 FRANZ, *Kloster Haina*, I 629 (Index), II/2 94.

tibus et .. preposito Geismariensi^{o, 15)} mandavimus, ut, quicquid factum erat super monialis electione iamdictae, auctoritate nostra suffulti nullius contradictione vel appellatione obstante denuntiarent irritum et inane ac super ipsius electione custodis veritate diligentius inquisita, si electionem ipsius invenirent canonicam et personam idoneam, eam auctoritate apostolica confirmarent, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescerent¹⁶⁾.

Verum cum ipsa custos mandatum huiusmodi iudicibus presentaret, quod de prefata G(ertrudi ?) moniali factum fuerat, auctoritate^{p)} nostra denuntiarent irritum et inane, et cum ipsa nollet dimittere abbatiam, ipsi eam excommunicationis sententiae subiecerunt et mandarunt eam arctius evitari. Ea vero cum electricibus^{q)} suis post aliquot dies super electione sua per nuntium appellavit, sed ipsi iudices appellationi nullatenus deferentes, presertim cum eius electio de nostro expresso mandato fuerit irritata et appellatio esset in litteris nostris inhibita¹⁷⁾, citato Herisiensi conventu de ipsius electione custodis, prout eis iniunctum^{r)} fuerat, inquirere voluerunt. Cumque ipsius electionem invenirent esse canonicam idoneamque personam, habito prudentum virorum consilio electionem confirmantes ipsius abbatiam Herisien(sem) eidem auctoritate nostra per diffinitivam sententiam adiudicare curarunt, et licet diocesanus episcopus¹⁸⁾ appellavit et inhibuerit Herisiensi conventui, ne ipsi tamquam abbatisse presumerent^{s)} obedire, ipsi tamen eam cum omni mansuetudine induxerunt in corporalem abbatie possessionem eiusdem, a qua per fratrem monialis iamdictae^{t)} et fautores eius per violentiam est eiecta, et preter multa mala, que sunt ibi acta per illos, ipsam R. coegerunt iuramento firmare, ut usque ad festum beati Martini proximo preteritum¹⁹⁾ Herisiensem ecclesiam non intraret nec etiam domo simplici vel quod ibi habebat stipendio uteretur.

Tandem vero cum ipsa R. super hiis et aliis affligeretur diutius, ad nostram duxit presentiam recurrendum eadem G(ertrudi ?) moniali similiter veniente. Cumque super hiis prefata R. proposuerit questionem et postulaverit confirmare iudicum processum ipsorum et ut satisfaceret ei de dampnis et iniuriis irrogatis, prefata G(ertrudis ?) proposuit ex adverso, quod, cum electa fuerit in Herisiensis ecclesie abbatissam a maiori et saniori parte con-

^{o)} *Migne*: Gusmariensi. ^{p)} auc(toritate) *vielleicht korr.* ^{q)} -cib(us) *auf Rasur.*
^{r)} iniuctu(m). ^{s)} *Migne*: praesumeret. ^{t)} *Migne*: praedictae.

¹⁵⁾ Vielleicht Gumpert, der 1196—1207 als Propst von Hofgeismar (Kollegiatstift, Diöz. Mainz, Lkr. Kassel, Hessen) bezeugt ist. Vgl. WILMANS, *Urkunden Paderborn*, 21, Nr. 28; FRANZ, *Kloster Haina*, I 5, Nr. 3; WENDEHORST-BENZ, *Säkularkanonikerstifte*, 75.

¹⁶⁾ Br. VIII 3 vom 2. März 1205.

¹⁷⁾ Br. VIII 3 Bd. 8 S. 10 Z. 18 und oben Z. 2f.

¹⁸⁾ Bernhard (III.) von Oesede, B. von Paderborn 1204—1223. Vgl. GATZ, *Bischöfe*, 538f. Da Br. VIII 3 von 1205 seiner Appellation vorausgeht, handelt es sich hier zweifelsfrei bereits um ihn. S. oben Anm. 6, 17.

¹⁹⁾ 11. November 1205.

ventus et eius electio a diocesano fuerit confirmata, ipsa custos ad .. abbatem de Conradesburc²⁰⁾ et coniudices eius litteras impetravit. Cumque ipsa G(ertrudis ?) ad eorum presentiam citata veniret et ostenderet se spoliata[m] fuisse ipsius occasione custodis, ab ipsis iudicibus reportavit sententiam se
 5 illi nullatenus respondere teneri, nisi esset primitus restituta²¹⁾. Ipsa vero custos ab ipsa sententia vocem ad nos appellationis emittens appellationem suam est personaliter prosecuta. Cumque ipsa G(ertrudis ?) ad hoc tantum procuratorem transmiserit, ut eadem confirmaretur sententia, procurator ipsius mandati fines excedens passus est obtinere custodem, quod voluit,
 10 contra ipsam, et ad supradictos iudices, quorum unus excommunicationis subiacebat sententie²²⁾, litteras deportavit, prout^{u)} in litteris venerabilis fratris nostri .. Maguntini archiepiscopi²³⁾ nobis exhibitis continetur, cum quo alter eorum tertio absente in omnibus inordinate processit. Et licet ipsa et capitulum Herisiensis ecclesie a loco suspecto²⁴⁾ et aliis gravaminibus appel-
 15 larint^{v)}, ipsi tamen nichilominus procedentes eandem custodem per Albertum, familiarem ipsius, qui, sicut in eisdem litteris memorati archiepiscopi continetur, excommunicationis erat vinculo innodatus, et B. plebanum in corporalem fecerunt possessionem induci. Ad probandum vero, quod iamdictus procurator tale mandatum receperit, ut videlicet appellationem interpo-
 20 sitam prosequeretur, testes coram auditore sibi dato produxit. Sed contra responsum est, quod, etsi testes illi tale mandatum probaverint, per hoc tamen nullatenus est probatum, quin aliud recepisset; et ideo cum pro sententia presumatur, quod omnia fuerint rite acta²⁵⁾, presertim que cum tanta maturitate consilii a summo fuit pontifice promulgata, manifeste colligitur,
 25 quod super principali negotio mandatum receperit generale, sicut eadem custos ad id plenius comprobandum per unum testem ostendit.

Nos igitur hiis et aliis diligentius intellectis, que fuerunt ab utraque parte proposita, pefatam G(ertrudem ?) monialem iustitia exigente ab amministrazione ipsius abbacie sententialiter duximus removendam discretioni
 30 vestre per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatinus ad ipsam ecclesiam personaliter accedentes abbacie amministrationem eiusdem alii persone idonee committatis, cui ad opus eiusdem abbacie fiat hincinde resigna-

^{u)} *Am Rande ein kurzer, waagrechtler Strich.* ^{v)} *Migne: appellaverint.*

²⁰⁾ Vielleicht ist das Prämonstratenserinnen-Kloster Konradsdorf (Diöz. Mainz, Lkr. Wetteraukreis, RB. Darmstadt, Hessen) gemeint. Erst 1213 ist ein Propst Werner bezeugt. Vgl. BACKMUND, *Monasticon*, I/1 103—105; MURAUER, *Innocenz III., die Kustodin R. und die Nonne G.*, 298; FRIEDRICH, *Konradsdorf*, 39f.; 182, Nr. 3, 4.

²¹⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 2 c. 1, 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 450f.).

²²⁾ Weshalb er nicht Richter sein konnte, vgl. *Decretum Gratiani* C. 24 q. 1 c. 37 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 981).

²³⁾ Siegfried (II.) von Eppstein, EB. von Mainz 1200—1230. Vgl. *LMA* 7 (1995) 1866f.; GATZ, *Bischöfe*, 398f.

²⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 33 q. 2. c. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1151).

²⁵⁾ Vgl. Br. II 46 (48) Bd. 2 S. 87 Z. 7—9, Br. V 14 (14, 15) Bd. 5 S. 32 Z. 23f., Br. V 55 (57) ebd. S. 111 Z. 15—17.

tio subtractorum. Vos autem interim cognoscatis de confirmationis sententia, que lata est a delegatis iudicibus super electione custodis, ut eam, sicut de iure fuerit faciendum, confirmare vel infirmare curetis, ita quod si pro eo, quod unus ex delegatis iudicibus, qui eandem sententiam protulerunt, ex-
 communicationis esset vinculo publice innodatus, quando sententia lata fuit, 5
 sicut per metropolitani litteras perhibetur, aut ex alia iusta causa eandem sententiam constiterit infirmendam, ipsa cassata de ipsius electione custodis iterum cognoscatis et audientes, que tam in factum quam in personam proposita fuerint et ostensa, eam, si fuerit inventa canonica, confirmetis. Alioquin ea penitus infirmata detis sororibus facultatem liberam eligendi, et
 quam in abbatissam sibi duxerint regulariter eligendam, eius electionem sublato appellationis obstaculo auctoritate apostolica confirmetis ac prefate custodi de bonis ecclesie faciatis in expensis legitimis provideri²⁶⁾; contradic-
 tores si qui fuerint, vel rebelles, ut a sua temeritate desistant, per censuram
 ecclesiasticam appellatione remota cogentes. 15

Testes autem, qui^{w)} fuerint nominati, et cetera. Nullis litteris veritati et iustitie preiudicantibus et cetera. Quodsi non omnes^{x)} hiis et cetera.

Datum Laterani, IIII Kal. Aprilis, anno nono.

39.

*Innocenz III. erteilt dem (Kardinal-)Bischof P(eter) von Porto die licentia 20
 testandi.*

Rom, St. Peter, 1206 April 4.

Reg. Vat. 7, fol. 80^r—81^r (Nr. 39).

Bréquigny, Diplomata, II/1 868, Nr. 39 = Migne, PL, 215, 843, Nr. 39. — Poth. Reg. 2736.

P(etro), episcopo Portuensi¹⁾.

25

Cum^{a)} provida deliberatione disponas de rebus tuis condere testamentum, a nobis humiliter postulasti, ut super hoc tibi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur tuo salubri proposito benignum impertientes assensum pre-
 sentium tibi auctoritate^{*} concedimus, ut de rebus tuis liberam secundum
 Deum facultatem habeas disponendi. 30

Datum Rome apud sanctum Petrum, II Non. Aprilis, anno nono.

^{w)} *Migne*: si qui. ^{x)} *Migne* ergänzt: etc.

²⁶⁾ Zur Fortsetzung des Prozesses s. Br. XI 263 (*MIGNE, PL, 215, 1570—1575*).

39. ^{a)} *Die Initiale auf Rasur.*

39. ¹⁾ Petrus Galloicia, (K.-)B. von Porto und S. Rufina 1190—1211. Vgl. MALECZEK, *Papst und 35
 Kardinalskolleg*, 95f.; *Dict. HGE* 19 (1981) 894—896; *DBI* 51 (1998) 736—738.

40.

Innocenz III. entscheidet den Streit zwischen dem Magister Walter von Picierel und dem Dekan G. (von Berou) von Auneau um die Kirche von Béville(-le-Comte ?) zugunsten des ersten und trägt dem Archidiakon und dem Kanzler 5 (Prepositinus ?) von Paris und dem Dekan (Josbert) von Saint-Germain-l'Auxerrois auf, das päpstliche Urteil auch mit kirchlichen Strafen zu vollstrecken.

Rom, St. Peter, 1206 März 24.

Reg. Vat. 7, fol. 81^r—81^r (Nr. 40).

10 Bréquigny, *Diplomata*, II/1 869, Nr. 40 = Migne, *PL*, 215, 844, Nr. 40. — *Comp.* III 3. 30. 3; Bern. 3. 35. 4; X 3. 38. 28. — *Poth.* Reg. 2725.

.. Archidiacono¹⁾, .. cancellario²⁾ et .. decano sancti Germani
Autisiodorensis^{a, 3)}, Parisien(sibus).

Cum^{b)} dilecti filii magister Gualt(erius) de Picierel pro se ipso et magister 15 Vgo de Feuerniaco⁴⁾ pro .. decano de Alneoli^{c, 5)} super ecclesia de Beauill(a)⁶⁾ invicem litigarent, dilectum filium nostrum G(ualam), sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem⁷⁾, utrique concessimus auditorem. In cuius presentia idem magister^{d)} proponendo monstravit, quod, cum olim venerabilis

40. ^{a)} Migne: Autisiodorensis. ^{b)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: XL, ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de iure patro(natus) (X 3. 38. 28). ^{c)} Migne: Alveoli. ^{d)} Darnach ein Gemipunctus.

40. ¹⁾ Archidiakon von Paris. Im fraglichen Zeitraum sind bezeugt: Hamericus (Hemericius) ab 1193, gest. um 1210 (GUÉRARD, *Cartulaire Notre-Dame*, II 468, Nr. 105; IV 69, Nr. 150, und ad indicem); Odo Clementis, königlicher Familiar, Bruder des Domdekans Hugo Clementis (s. Br. IX 165 Anm. 3) und des Marschalls Heinrich Clementis, ab 1195 (GUÉRARD, *Cartulaire Notre-Dame*, III 358, Nr. 15; II 80, Nr. 73; IV 127, Nr. 245; 5. Nr. 10, und ad indicem), Dekan von Saint-Martin in Tours 1211—1216 (vgl. BALDWIN, *Government*, 119); Gottfried la Lande (s. Br. IX 51 Anm. 8); Wilhelm, Sohn von Walter le Chamberlain, Kantor und Archidiakon 1204/1209, B. von Meaux 1214—1221 (BALDWIN, *Masters*, I 26; II 11; DERS., *Government*, 107); Alberich von 30 Humbert, EB. von Reims 1207—1218 (BALDWIN, *Government*, 182f.).

²⁾ Magister Prepositinus von Cremona, Kanzler von Paris 1206 (bezeugt Mai)—1209 (vgl. LACOMBE, *Prévostin*, 3—46, bes. 36; BALDWIN, *Masters*, I 44f.); oder noch dessen Vorgänger, Magister Bernard Chabert, Kanzler von Paris 1205, 1206—1212 B. von Genf, 1212—1235 EB. von Embrun (vgl. GLORIEUX, *Repertoire*, I 260; *Dict. HGE* 8 [1935] 660f.).

35 ³⁾ Josbert, als Dekan des Kollegiatstiftes Saint-Germain-l'Auxerrois in Paris bezeugt 1204—1207. Vgl. *Gallia Christiana* VII 256.

⁴⁾ Wahrscheinlich Magister Hugo von Fauvernay (Cant. Genlis, Arr. Dijon, Dép. Côte-d'Or), der 1189—1211 als Kanoniker von Langres bezeugt ist. S. auch Br. IX 264 (266). Vgl. FLAMMARION, *Cartulaire Langres*, 244, 389 (Index).

40 ⁵⁾ Auneau, Dekanat des Archidiakonats von Chartres, Arr. Chartres, Dép. Eure-et-Loir. Vgl. DE LÉPINOIS-MERLET, *Cartulaire*, III 230 (Index); LONGNON, *Pouillés Sens*, 539 (Index).

⁶⁾ Vielleicht Béville-le-Comte, Cant. Auneau. Vgl. LONGNON, *Pouillés Sens*, 555 (Index).

⁷⁾ Guala Bicchieri, KD. von S. Maria in Portico 1204, KP. von S. Martino 1211—1227. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 141—146; VINCENT, *Letters*, bes. XXXI—XLIX.

frater noster .. Hostiensis episcopus legationis officio fungeretur in partibus Gallicanis⁸⁾ et Guilelmum de Mo(n)tibus⁹⁾ insignisset caractere clericali, dilecto filio .. archidiacono Carnotensi¹⁰⁾ mandavit, ut ecclesiam, quam in archidiaconatu suo primo vacare contingeret, donationi sue reservare cura-
 ret inhibens, ne alicui conferret eandem, in qua disposuerat eidem Guilielmo 5
 nullum habenti beneficium providere. Processu denique temporis, cum in morte O. quondam decani Alneoli^{c)} ecclesia de Beauilla vacasset, idem archidiaconus contra mandatum eiusdem legati tam ipsam quam decanatum G. fratri suo¹¹⁾ concessit, qui aliam ecclesiam in eadem diocesi noscebatur habere. Quod cum ad predicti legati notitiam pervenisset, eos ad suam presentiam 10
 convocavit et de prudentum consilio archid(iaconi) facto cassato antedictam ecclesiam sic vacantem canonicè prefato Guilielmo concessit, sicut in ipsius autentico continetur, in quo postmodum tam venerabilis frater noster .. episcopus¹²⁾ quam dictus archidiaconus Carnoten(sis), qui patronus^{e)} erat ecclesie, prebuerunt assensum, quemadmodum littere testantur ipsorum; et 15
 sic memoratus Guiliel(mus) ecclesiam ipsam per quatuor fere annos et ultra tenuit et a decano, qui hoc sciebat pariter et videbat, nequaquam fuit tractus in causam. Vacante vero quadam prebenda in ecclesia sancti Mauricii Carnoten(sis)¹³⁾, que ipsum magistrum G(ualterium) contingebat de iure, prenominatus episcopus pia providentia seu provida pietate considerans, 20
 quod prebenda ipsa, cui cura non erat animarum annexa, magis sepredicto Guiliel(mo) congrueret quam eadem ecclesia de Beauilla, que pastore assiduo indigebat, ecclesiam ipsam vacantem eidem magistro ad presentationem dicti archidiaconi nullo contradicente concessit et prebendam illam prefato clerico assignavit. Unde ipse magister humiliter supplicabat eandem sibi 25
 ecclesiam confirmari, utpote quam canonicè sine contradictione ac etiam ad presentationem veri patroni se dicebat adeptum, et adversario suo imponi perpetuum silentium super ea.

Quod utique dicti decani procurator inficiatus adiecit, quod, cum in obitu C. quondam decani de Alneoli^{c)} de Francoruilla^{f, 14)} et de Beauilla ecclesie 30
 vacavissent, .. Carnotensis archidiaconus, ad quem illarum donatio pertine-

^{c)} patronatus. *Die Emendation schon bei Migne.* ^{f)} *Migne*: Franconvilla.

⁸⁾ Oktavian, (K.-)B. von Ostia und Velletri 1189—1206, 1200/1201 Legat in Frankreich. Vgl. MAŁECZEK, *Papst und Kardinalscolleg*, 80—83; DERS., *Kardinalscollegium*, 132f.

⁹⁾ Vielleicht Guillelmus de Montibus, der 1220 und 1224 als Domdekan von Noyon bezeugt ist. Vgl. *Gallia Christiana* IX 1033.

¹⁰⁾ Magister Heinrich von Berou (von Dangeau), Archidiakon von Chartres 1194—1211. Vgl. MERLET—MERLET, *Dignitaires*, 129f.; MÜLLER, *Delegationsgerichtsbarkeit*, II 258f., Nr. 136f.

¹¹⁾ Zur Familie Berou im Domkapitel von Chartres (Gottfried, Dekan 1166—1202; Robert, Kanzler 1213—1216) vgl. DE LÉPINOIS—MERLET, *Cartulaire*, II 24, Anm. 1; III 329. 40

¹²⁾ Reginald von Bar (und Mouçon), B. von Chartres (Suffr. von Sens) 1182/1183—1217. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1152—1156; *Dict. HGE* 12 (1953) 548.

¹³⁾ Pfarre Saint-Maurice in Chartres, abgekommen.

¹⁴⁾ Francourville, Diöz. Chartres, Cant. Auneau. Vgl. LONGNON, *Pouillés Sens*, 614 (Index).

bat, G. fratri suo ecclesiam de Beauilla concessit ac eum de mandato diacesani episcopi de ipsa corporaliter investivit, sicut in litteris tam episcopi quam etiam archidiaconi continetur. Post hec autem Guil(ielmus) de Mo(n)tibus litteras supradicti legati eidem archidiacono presentavit, in quibus continebatur eundem legatum sibi retinuisse donationem unius ecclesie, quam primo contingeret in archidiaconatu Carnotensi vacare, et per hoc idem Guil(ielmus) petebat, ut vel alteram illarum ecclesiarum sibi conferret vel donationi legati reservaret eandem; qui respondit, quod neutrum implere poterat, eo quod utramque iam aliis assignarat. Ipse vero Guil(ielmus) iterato ad eundem legatum accedens et falso suggerens ecclesiam de Beauilla vacare obtinuit apud ipsum, quod dictam ecclesiam de facto sibi concessit et mandavit, ut institueretur in ea. Quod comperiens idem G., ne quis eum in possessione sua turbaret, sedem apostolicam appellavit et personaliter ad apostolicam sedem veniens causam ipsam obtinuit iudicibus delegari. Quo postmodum ad propria revertente prefatus Guil(ielmus) de iustitia sua diffidens iuri, si quod per eundem legatum in iamdicta ecclesia fuerat consecutus, in manu renuntiavit dicti episcopi Carnotensis, et hoc facto prenomiatus archidiaconus magistrum G(ualterium) de Picerele eidem episcopo presentavit ipsumque in preiudicium prefati G. absentis de prescripta fecit ecclesia investiri. Quod intelligens idem G. in sui iuris defensionem se pariter et ecclesiam ipsam apostolice sedis protectioni supposuit et a possessione se deici non permittens ad nostram audientiam appellavit adiciens, ut in statu illo, in quo tunc erant, omnia permanerent¹⁵⁾, et specialiter hac de causa, quia videlicet dictus archidiaconus de mandato episcopi Carnotensis iamdictum magistrum in corporalem possessionem ecclesie memorate volebat inducere, ad metropolitani audientiam appellavit; sed idem archidiaconus nichilominus post appellationem huiusmodi magistrum ipsum in possessionem ipsius ecclesie inducere attemptavit¹⁶⁾. Unde cum ad querelam ipsius G. venerabilis frater noster .. Senonensis archiepiscopus^{g. 17)} .. subdecano¹⁸⁾ et .. cantori¹⁹⁾ Carnoten(sibus) causam commisisset eandem, predictus magister citatus ab eis et in eorum presentia constitutus noluit respondere, sed statim appellationem ad sedem apostolicam interponens contumaciter recessit ab eis. Illi

^{g)} archiep(iscop)o. *Migne*: venerabili fratri nostro archiepiscopo.

¹⁵⁾ S. Br. IX 34 Anm. 17.

¹⁶⁾ Vgl. die Dekretalen Alexanders III.: *JL* 13583 = Comp. I 1. 23. 2 (FRIEDBERG, *Compilationes antiquae*, 9), *JL* 13894 = Comp. I 2. 13. 16 = X 2. 20. 16 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 320). S. auch Br. IX 34 Anm. 17.

¹⁷⁾ Peter von Corbeil, EB. von Sens 1200—1222, Magister der Theologie und ehemaliger Lehrer Innocenz' III. in Paris. Vgl. *Gallia Christiana* XII 57—60; TILLMANN, *Innocenz III.*, 5—7, 34f., 244, 264f.; BALDWIN, *Masters*, I 46, II 36f.

¹⁸⁾ Wilhelm, als Subdekan des Domkapitels von Chartres bezeugt 1194—1206, Domdekan 1206—1212. Vgl. MERLET—MERLET, *Dignitaires*, 53, 13.

¹⁹⁾ Crispinus Drocensis (von Dreux?), als Domkantor von Chartres bezeugt 1194—1198, oder Goslenus von Ouarville, bezeugt 1206 (ab April 17)—1221. Vgl. *ibd.* 34f. bzw. 35.

vero nichilominus procedentes testes contra ipsum legitimos receperunt, per quos fuit evidenter ostensum, quod post appellationem ad Senonensem curiam interpositam idem magister fuit in corporalem eiusdem ecclesie possessionem inductus, sicut in eorundem iudicum litteris legebatur, et sic sepefatus magister custode suo ab ecclesia ipsa depulso ea fuit rationabiliter 5 spoliatus, que tandem fuit alterius cure commissa, qui non auctoritate dicti magistri sed nomine memorati decani celebrabat in ipsa recipiebatque obventiones eiusdem. Unde quoniam idem G. taliter se dicebat illam ecclesiam assecutum, petebat scribi iudicibus, qui eum a predicti magistri molestatione indebita tuerentur. 10

Econtra vero dictus magister replicavit in illum dicens penitus falsum esse, quod decanus ad presentationem veri patroni et de mandato episcopi de ipsa fuerit ecclesia investitus, * presertim cum episcopus in suis litteris fateretur eundem decanum nec de cura illius ecclesie nec de ipsa fuisse penitus investitum. Quod autem prefatum Guilielmum de redivo decani timentem 15 abrenuntiasset iuri suo in manu Carnotensis episcopi pars adversa dicebat, idem magister prorsus esse mendacium astruebat, cum post reditum eius per tres annos et amplius ipso vidente ac sciente illam ecclesiam possederit absque lite²⁰). Illud vero magister ipse noluit diffiteri, quin^{h)} videlicet adversarius ad Senonensem curiam appellasset, ipso quidem magistro sedem apostolicam provocante ac inhibente, ne decanus ipsum super iure suo presumeret molestare. At ipse nichilominus ad metropolitanum accedens memoratum fecit citari magistrum, qui coram eo statuta die comparens litem noluit contestari, sed appellatione innovata recessit. Archiepiscopus vero nichilominus causam, sicut etiam adversarius fatebatur, post appellationem iudicibus 25 delegavit. Unde dicebat idem magister, quod tam per allegationes suas quam etiam per ea, que proposuerat pars adversa, constabat ipsum fuisse post appellationem ad sedem apostolicam interpositam spoliatum. Ad illud autem, quod adversarius proponebat, quodⁱ⁾ post appellationem decani ad Senonensem archiepiscopum interpositam idem magister fuerat in eiusdem 30 ecclesie possessionem inductus, dicebat idem magister, quod, si decanus appellaverat, ne archidiaconus commissam sibi executionem impleret, huiusmodi appellatio nulla erat, cum ab execute non fuerit appellandum, ubi mandati fines excedere non temptabat²¹). Adiecit insuper, quod, cum idem decanus nullum in ecclesia ius haberet, sua^{j)} non intererat appellare, sed si 35 appellare aliquatenus potuisset, quia idem magister appellationem, quam ille

^{h)} *Migne*: qui. ⁱ⁾ *Fehlt bei Migne*. ^{j)} *Migne*: sui.

²⁰⁾ Vgl. vielleicht Comp. I 2. 18. 1 = X 2. 26. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 382).

²¹⁾ Vgl. Codex 7. 65. 5 (Ed. KRUEGER 327) = *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 c. 41 § 16 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 482); Br. I 540 (543) Bd. I S. 782 Z. 15—21 = Coll. Luc. 122 = Rain. 24. 2 = Coll. Valent. I 4 = Gilb. 2. 18. 3 = Gilb. Brux. 2. 18. 3 = Coll. Rotom. I 26. 3 = X 2. 27. 15 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 400).

ad metropolitanum interposuerat, appellationis ad sedem apostolicam interposite peremit obiectu, medio tempore non debuit spoliari.

Econtra procurator decani respondit, quod, etsi dictus legatus donationi sue reservari mandaverit primo in archidiaconatu Carnoten(s)i ecclesiam
 5 vacaturam, circa predictam tamen ecclesiam facere hoc de iure non potuit, quia talis potestas sibi minime competebat, cum presentatio clerici ad illam ecclesiam non tamquam clerico sed quasi laico ratione patronatus non iure archidiaconatus eidem archidiacono pertineret. Unde cum inhibitionem ipsius in hoc idem archidiaconus custodire minime teneretur, alium quidem
 10 ad eandem ecclesiam de iure potuit presentare, ac presentatio eius debet, ex quo de persona idonea facta est, firma censi.

Sed ad hoc prefatus magister insistendo respondit, quoniam, etsi verum existeret, quod tamen est falsum omnino — ius videlicet presentandi clericum ad ipsam ecclesiam non archidiaconalis officii sed temporalis domini
 15 ratione ad memoratum archidiaconum pertinere nec in hac parte valuisse prohibitionem legati tamquam qui non poterat id laico prohibere patrono —, ex alia tamen causa presentationem archidiaconi factam de predicto decano asseruit esse irritam et inanem, quia, quando presentavit eundem, iam erat longe ante suspensus per dilectum filium P(etrum), tituli sancti
 20 Marcelli presbiterum, tunc^{k)} sancte Marie in Vialata diaconum cardinalem, apostolice sedis legatum²²⁾, et duravit illa suspensio usque post reditum prefati episcopi Hostiensis, ad cuius interventum idem archidiaconus in nostra presentia constitutus meruit a vinculo suspensionis absolvi, sicut per eiusdem episcopi litteras comprobatur.

25 Procurator vero decani subiunxit econtra, quod, etsi archidiaconus suspensionis vinculo teneretur, poterat tamen ei tamquam laico donatio ipsius ecclesie iure competere patronatus, quo nec per prohibitionem nec per suspensionem legati potuisset aliqua ratione privari, presertim cum archidiaconale tantum officium sibi fuerit interdictum.

30 Nos igitur hiis et aliis, que coram eodem auditore fuere proposita nobisque relata fideliter per eundem, diligentius intellectis attendentes, quod, etsi prefatus archidiaconus memoratum decanum tamquam laicus ad illam ecclesiam presentasset, quia tamen ipse decanus per diocesanum episcopum admissus non fuit, sed alius ab eodem archidiacono postmodum presentatus
 35 a diocesano fuit episcopo institutus, iuxta statutum bone memorie Alex(andri) pape, predecessoris nostri, non primus sed secundus ius est in eadem^{l)} ecclesia consecutus^{l) 23)}, et si memoratus archidiaconus tamquam clericus prefatum

^{k)} *Migne*: tum. ^{l-1)} *Durch Zeichen umgestellt aus ecclesia consecutus eadem.*

²²⁾ Petrus Capuanus, KD. von S. Maria in Via Lata 1192, KP. von S. Marcello 1200—1214, 40 1198—1200 Legat in Frankreich, visitierte im März/April 1199 das Bistum Chartres. Vgl. MALCZEK, *Petrus Capuanus*, 108. S. Br. V 12 vom 24. März 1202.

²³⁾ *JL* 14346 = Comp. I 3. 33. 7 = X 3. 38. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 610f.).

presentavit decanum, quoniam in eo, quod^{m)} tamquam clericus faciebat, suberat iurisdictioni legati, unde postquam idem legatus donationem illius ecclesie sibi decreverat reservandam, ad eam tamquam clericus non potuit quempiam presentare, presentationem factam de predicto decano ad ecclesiam sepedictam irritam fuisse decrevimus et ea penitus non obstante concessionem eiusdem ecclesie factam magistro Gualt(er)io pronuntiavimus canonicam extitisse, cassantes nichilominus, quod per delegatos a supradicto Senonensi archiepiscopo post appellationem ad nos legitime interpositam extitit attemptatum et adiudicantes eidem magistro pefatam ecclesiam cum fructibus medio tempore perceptis plene ac pacifice possidendam predicto decano super hoc perpetuum silentium imponendo.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que a nobis sunt sententialiter diffinita, faciatis per dis(trictionem) ecclesiasticam sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo firmiter observari, contradictores, si quos inveneritis, aut rebelles cessante appellatione districtione simili compescentes.

Quodsi non omnes et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VIII Kal. Aprilis, anno nono.

41.

Innocenz III. ermahnt den Bischof (Lothar) von Vercelli, den Abt (Gerhard) von Tiglieto und den Priester Albert von Mantua, gegenüber dem Bischof (Peter) von Novara das Inquisitionsverfahren auf jeden Fall vorsichtig anzuwenden, den in diesem Zusammenhang von den Klerikern der Diözese geleisteten Eid über die Wahrheit ihrer Aussagen auch in ähnlichen Fällen zu fordern und den Bischof (Johannes) von Ivrea wegen Verschleuderung des Kirchengutes abzusetzen. Ferner billigt er den Rücktritt des Bischofs (Bonifaz) von Asti und legt dessen Versorgung fest. Auch mögen die Visitatoren den Rücktritt des Bischofs (Adelard) von Verona annehmen und für einen geeigneten Nachfolger sorgen. Außerdem bestätigt der Papst ihre Reformkonstitutionen, weist sie an, nachdrücklich für eine effiziente Ausübung der kirchlichen Gerichtsbarkeit zu sorgen und ermahnt sie zur Verfolgung der Häretiker.

Rom, St. Peter, 1206 Januar 29.

Reg. Vat. 7, fol. 81^r—82^r (Nr. 41); auch fol. 61^r—62^r (Nr. VIII 200).

Gabotto, Archivio vescovile d'Ivrea, II 216, Nr. 2 (teilweise). — Comp. III 5. 1. 4; Coll. Fuld. 5. 1. 17; X 2. 1. 17, 5. 1. 17. — S. unten Abb. III. — Bréquigny, Diplomata, II|1 872, Nr. 41; Migne, PL, 215, 848, Nr. 41; Potth. Reg. 2672.

Vgl. Alberzoni, Riforma; Trusen, Inquisitionsprozeß, bes. 205—208.

^{m)} Fehlt bei Migne.

.. Vercellensi episcopo¹⁾, .. abbati de Tilieto²⁾ et presbitero
Alberto Mantuan(o)³⁾.

Qualiter^{a)} et quando debeat prelatus procedere ad inquirendum et puni-
endum subditorum excessus, ex auctoritatibus Novi et Veteris Testamenti
5 colligitur evidenter, ex quibus super hoc postea processerunt canonicè sanc-
tiones. Legitur enim in Evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud
dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: «Quid hoc audio
de te? Redde rationem villicationis tue; iam enim non poteris villicare». Et
10 in Genesi Dominus ait: «Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad
me, opere compleverint^{d)}». Ex quibus aucto*ritatibus manifeste probatur,
quod non solum cum subditus verum etiam cum prelatus excedit, si per
clamorem et famam eius excessus ad aures superioris pervenerit, non quidem
a malivolis et maledicis sed a providis et honestis, nec semel tantum sed sepe,
15 quod clamor innuit et diffamatio manifestat, debet coram ecclesie senioribus
veritatem diligentius perscrutari, ut, si rei poposcerit qualitas, canonica
districtio culpam feriat delinquentis⁵⁾, non tamquam idem sit auctor et
iudex⁶⁾, sed quasi deferente fama vel denuntiante clamore officii sui debitum
exequatur. Licet autem hoc sit diligenter observandum in subditis, diligen-
tius tamen observandum est in prelatiis, qui quasi signum sunt positi ad
20 sagittam, et quia non^{b)} possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur
non solum arguere verum etiam increpare, quin etiam interdum suspendere
nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt et insidias
patiuntur; et ideo sancti patres provide statuerunt, ut accusatio prelatorum
non facile admittatur⁷⁾, ne concussis columpnis corruat edificium, nisi dili-

Le 16, 1f.

Gen 18, 21
* fol. 82^r

vgl. Lam 3, 12

25 41. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande: dec(retalis), und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de
acusa(tione) (X 2. 1. 17). ^{b)} Am Rande ein schräger Strich.

41. Varianten zum Br. VIII 201 (200), Reg. Vat. 7, fol. 61^r—62^r:

11: subditus] subditis (s. dort Ann. c.). 16: idem] fehlt. 21: verum] sed.

30 41. ¹⁾ Lothar, B. von Vercelli (Suffr. von Mailand) 1205—1208, EB. von Pisa 1208, bezeugt bis
1215 (Die ältere Literatur berichtet fälschlicherweise, er sei um 1216 auf den Sitz von Jerusalem
transferiert worden). Vgl. MATTHAEJUS, *Historia*, I 246—257; ZUCHELLI, *Cronotassi*, 81—83;
PENNINGTON, *Lotharius*; ALBERZONI, *Riforma*, 145—150; CATUREGLI, *Carte arcivescovili pisane*, I
139, Nr. 67; 163, Nr. 76.

35 ²⁾ Gerhard von Sesso, Abt von S. Maria di Tiglieto (Zist.-Abtei, Diöz. Acqui, Prov. Genua)
1205, 1209 Elekt von Novara (s. Br. XII 15, MIGNE, *PL*, 216, 25), 1211 Elekt von Albano, danach
von Mailand, gest. 1211. Vgl. CIPOLLONE, *Gerardo da Sesso vescovo*; DIES., *Gerardo da Sesso legato*;
ALBERZONI, *Riforma*, 150—156; DIES., *Cenobio*, 157—159, 170—176.

40 ³⁾ Albert von Mantua, Gründer der 1207 von Innocenz III. bestätigten Kongregation von S.
Marco in Mantua, gest. zwischen 1210 und 1214. Vgl. *Chronica pontificum et imperatorum (MGH*
SS XXIV) 218 Z. 53—57; MACCARRONE, *Studi*, 291—297; ALBERZONI, *Riforma*, 157—160.

⁴⁾ Vgl. auch *Decretum Gratiani* C. 2 q. 1 c. 20 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 448).

⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 86 c. 23 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 303).

⁶⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 1 c. 18 § 1; C. 4 q. 4 c. 1, 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 446,
541).

45 ⁷⁾ *Decretum Gratiani* C. 2 q. 7 c. 19 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 487).

gens adhibeatur cautela, per quam non solum false sed et maligne criminationis ianua precludatur. Verum ita voluerunt providere prelati, ne criminationentur iniuste, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra utrumque morbum inveniētes congruam medicinam, ut videlicet accusatio criminalis, que ad diminutionem capitis, id est ad degradationem, intenditur, nisi legitima precedat inscriptio⁸⁾, nullatenus admittatur, sed cum super excessibus suis quisquam fuerit diffamatus, ut in tantum iam clamor ascenderit, quod diutius sine scandalo dissimulari non possit nec sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo ad inquirendum et puniendum eius excessus non ex odii fomite sed ex caritatis procedatur affectu, quatinus, si gravis fuerit excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab amministrazione tamen amoveatur omnino, quod est secundum sententiam evangelicam a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis sue dignam reddere rationem.

vgl. Lc 16, 2

Hunc igitur ordinem si circa venerabilem fratrem nostrum .. Nouariensem episcopum⁹⁾ observastis, intentionem et discretionem vestram in Domino commendamus. Si vero qualibet occasione pretermisistis eundem, ne levi compendio ad grave dispendium veniatur, adhuc ipsum ordinem tempore oportuno volumus observari, ne inde nascantur iniurie unde iura nascuntur¹⁰⁾, et ideo devotionem vestram rogamus attentius et monemus, obsecrantes in Christo Iesu, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, quatinus ad conscientie vestre iudicium recurrentes, si forte contra prescriptum ordinem tamquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, ut aliorum corrigatis errores, quoniam apud districtissimum iudicem, in qua mensura mensi fueritis, remetietur⁶⁾ et vobis, ita videlicet, ut inveniatis occasionem aliquam congruentem, per quam — ne vestra vilescat auctoritas: quanto cautius et prudentius potueritis — supersedeatis ad presens, quoniam ex hiis, que inordinate sunt acta, non potest ordinabiliter agi¹¹⁾. Si vero prescriptum ordinem custodistis, volumus et mandamus, quatinus omni gratia et timore postpositis Deum solum habentes pre oculis via regia incedentes sine personarum acceptione in hoc negotio procedatis iuxta formam, quam vobis in aliis litteris duximus exprimendam, nec timeatis

vgl. Mt 7, 2;
Mc 4, 24; Lc 6, 38

vgl. Ps 53, 5
vgl. Nm 21, 22
vgl. Dt 1, 17;
Iac 2, 1 u.ö.

⁶⁾ remetietur. *Vgl. Br. VIII 201 (200) Bd. 8 S. 344 Z. 32.*

9: puniendum] puniend(us) (*s. dort Anm. e*). 25: mensura] *fehlt*. 25: remetietur] remetietur (*s. Anm. c*). 35

⁸⁾ Vgl. *Decretum Gratiani C. 2 q. 8 c. 3, 4, p. c. 5 II. pars § 2, 3; C. 3 q. 9 c. 8; C. 3 q. 11 c. 4; C. 4 q. 4 c. 2 § 1; C. 5 q. 2 c. 3 § 1* (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 503f., 531, 535, 541f., 546).

⁹⁾ Peter (IV.) Verolla, B. von Novara (Suffr. von Mailand) 1196/1197—1208/1209. Vgl. BESCAPÉ, *Novara sacra*, 335f. mit Anm. 334, und Br. XII 15 (*s. oben Anm. 2*) an den gewählten Nachfolger. 40

¹⁰⁾ Vgl. Codex 8. 4. 6 (Ed. KRUEGER 332).

¹¹⁾ Ähnliche Gedanken finden sich in Digesten 50. 17. 29, 210 (Ed. MOMMSEN 869, 873) und im *Decretum Gratiani C. 1 q. 1 c. 27; C. 14 q. 5 c. 3, 9* (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 369, 739f.).

aliquem hominem contra Deum, sed Deum potius super omnem hominem timeatis. Formam vero iuramenti, quod a clericis Nouariensibus super inquisitione facienda in hoc negotio recepistis, in similibus volumus observari, ut videlicet iurent clerici, quod super hiis, que sciunt vel credunt in sua ecclesia reformanda tam in capite quam in membris exceptis occultis criminibus, meram et plenam dicent inquisitoribus veritatem.

vgl. Mt 10, 28;
Lc 12, 5

De Yporeiensi autem episcopo¹²⁾ vobis rescribendo mandamus, quatinus eum ad resignationem episcopatus, cum sit insufficiens et inutilis, efficaciter inducatis et, si cedere sponte noluerit, quia probati sunt eius excessus, maxime super dilapidatione¹³⁾, non simonia, vos eum sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo ab amministrazione Yporeiensis ecclesie deponatis, facientes eidem ecclesie de persona idonea salubriter provideri; contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam compescentes.

Cessionem autem Hastensis episcopi¹⁴⁾ non solum ratam sed et gratam habemus, provisionem tamen, quam ei de bonis Fructuariensis monasterii¹⁵⁾, si nobis placeret, facere decrevistis, nobis noveritis non placere, tum quia sicut accepimus ex ea grave idem monasterium nimis incurreret detrimentum, tum quia idem episcopus bona illa destrueret, sicut alia iam destruxit, cum sit dilapidator notissimus et prodigus dissipator. Sustinemus tamen pro vitando scandalo propinquorum, qui sunt nobiles et potentes, ut ei annuas pensiones non quidem superfluas sed solummodo necessarias in diversis ecclesiis sine ipsarum gravamine assignetis, quas manens apud aliquod monasterium, cum sit monachus, ad honeste vite sustentationem expendat¹⁶⁾.

Ad hec noverit vestra devotio, quod .. Veronensis episcopus¹⁷⁾ sepe nobis pro cedendi licentia supplicavit. Unde cum ad visitandam Veronensem eccle-

2: timeatis] metuatis. 2: quod] quam. 7: Yporeiensi] Yporiensi. 8: efficaciter] efficacius. 9f.: maxime] *fehlt*. 10: non] ac. 11: Yporeiensis] Yporiensis. 14: Hastensis] Astensis. 17: grave idem monasterium nimis] idem monasterium grave nimis. 24: .. Veronensis] Veronensis.

30 ¹²⁾ Johannes, B. von Ivrea (Suffr. von Mailand) 1198—1206. Vgl. ALBERZONI, *Guido*, 220 bis 231.

¹³⁾ Der Bischof war gezwungen, Güter und Rechte des Bistums zu verkaufen und zu verpfänden. Vgl. ALBERZONI, *Guido*, 225—228; Br. IX 172, MIGNE, *PL*, 215, 1005 B.

35 ¹⁴⁾ Bonifaz, Abt der Ben.-Abtei SS. Apostoli bei Asti, B. von Asti (Suffr. von Mailand) 1198—1206, bezeugt bis 1213. Vgl. GABOTTO-BARBERIS, *Archivio arcivescovile di Torino*, 164, Nr. 153; 169, Nr. 159; BOATTERI, *Serie*, 49f., SAVIO, *Piemonte*, 152f.; ALBERZONI, *Riforma*, 151f.

¹⁵⁾ Ben.-Abtei S. Benigno di Fruttuaria, Com. S. Benigno Canavese, Diöz. Ivrea, Prov. Turin.

40 ¹⁶⁾ Am 25. März 1206 wurde Bonifaz auf Anweisung Gerhards von Sesso und dessen „socii“ eine jährliche Pension aus Gütern der Kirche von Asti übereignet: GABOTTO-GABIANI, *Archivio capitolare di Asti*, 182, Nr. 210. Die Urkunde ist in der Vallombrosener-Abtei SS. Filippo e Giacomo bei Asti ausgestellt; Bonifaz stand auch in Beziehungen zur Ben.-Abtei S. Michele alla Chiusa (Diöz. Turin, ht. Susa, Prov. Cuneo) (s. GABOTTO-BARBERIS, wie Anm. 14); in eine dieser Abteien zog er sich vielleicht zurück. Vgl. ALBERZONI, *Riforma*, 151f.

45 ¹⁷⁾ Adelard, 1185 KP. von S. Marcello, 1188—1214 (resigniert) B. von Verona (Suffr. von Aquileia), Kardinal S. R. E. gest. 1225. Vgl. CERVATO, *Adelardo*.

siam accesseritis, si videritis expedire, cedendi sibi licentiam auctoritate apostolica concedatis, facientes eidem ecclesie personam idoneam prefici salubriter in pastorem.

Constitutiones vero, quas ad correctionem excessuum et reformationem morum vos non tam fecisse quam innovasse cognovimus, approbamus, volentes, ut eas faciatis a clericis laudabiliter observari, precipientes ex parte nostra prelati, ut laicis conquerentibus plenam faciant iustitiam exhiberi, non obstantibus appellationibus frustratoriis^{d, 18)}, quas in eorum gravamen clerici frequenter opponunt, ne pro defectu iustitiae clerici trahantur a laicis ad iudicium seculare, quod omnino fieri prohibemus et vos, ne fiat, omnimodis satagatis. Ceterum adversus hereticorum fallacias sollicitudinem vestram volumus vigilare, monentes et obsecrantes in Domino, quatinus ad extirpandum de agro Dominico lolium heretice pravitatis prudenter et efficaciter intendatis.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Kal. Februarii, anno octavo^{e)}.

42.

Rechtsauskunft für den Bischof (Konrad) von Halberstadt: Ein Mönch, der durch einen Unglücksfall beim Herablassen einer Glocke vom Turm den Tod eines Knaben verursacht hat, kann die höheren Weihen empfangen, falls er nicht fahrlässig gehandelt hat.

Rom, St. Peter, 1206 April 5.

Reg. Vat. 7, fol. 82^r (Nr. 42).

Bréquigny, Diplomata, II|1 872, Nr. 42 = Migne, PL, 215, 848, Nr. 42. — Comp. III 5. 7. 3; Bern. 5. 9. 5; Coll. Salm. 5. 6. 5; Coll. Fuld. 5. 9. 11; X 5. 12. 15. — S. unten Abb. III. — Poth. Reg. 2737.

.. Alberstadensi^{a)} episcopo¹⁾.

Ex^{b)} litteris tue fraternitatis accepimus, quod quidam monachus puer tue diocesis ad deponendam de campanili campanam subserviens, quia lignum casu corruit ipso movente, in ecclesia sub campanili quendam oppressit puerulum et occidit. Unde a nobis humiliter postulabas, quid tibi esset super hoc

^{d)} frustratoriis. ^{e)} Am Rande nachgetragen und eingerahmt.

15: Rome apud sanctum P(etrum)] *fehlt.* 15: anno octavo] *fehlt.*

¹⁸⁾ Vgl. Digesten 22. 1. 41 (Ed. MOMMSEN 288).

42. ^{a)} Migne: Halberstadensi. ^{b)} Initiale auf Rasur.

42. ¹⁾ Konrad von Krosigk, B. von Halberstadt (Suffr. von Mainz) 1201—1208 (resigniert), gest. 35 1225. Vgl. ANDREA, *Conrad of Krosigk*; GATZ, *Bischöfe*, 219f.

faciendum, petens, ut cum ipso misericorditer dispensetur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si monachus ipse rem necessariam agebat et utilem et in loco, per quem aliquem transire non crederet vel ibidem existere vel etiam illuc de consuetudine venire, quando
 5 lignum movisse dinoscitur, satis poterit, presertim in monasterio, ad altiores ordines promoveri.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Non. Aprilis, anno nono.

43.

Rechtsauskunft für den Bischof (Johannes) von Florenz: Subdiakone der Römischen Kirche, die Benefizien in der Diözese Florenz innehaben, sind dem Bischof von Florenz zum Gehorsam verpflichtet.

Rom, St. Peter, 1206 April 7.

Reg. Vat. 7, fol. 82^v (Nr. 43).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 872, Nr. 43 = Migne, PL, 215, 849, Nr. 43. — Comp. III 1, 21, 3;
 15 Alan. 5. 16. 5; Alan. K. 5. 17. 7; Bern. 1. 25. 4; Coll. Fuld. 5. 18. 5; X 1. 33. 7. — S. unten Abb. III. — Potth. Reg. 2738.*

.. Episcopo Florentino¹⁾.

Per^{a)} tuas nobis litteras intimasti, quod, cum aliqui Romane ecclesie subdiaconi prelationes in tua diocesi assecuntur, pro quibus tibi tenentur obedientiam exhibere, siquando exigente iustitia te contigerit exercere in ipsos ecclesiasticam disciplinam, illi subdiaconatus privilegium allegantes ea se asserunt non teneri, ac si per huiusmodi subdiaconatus officium ab obedientia, qua tibi tenentur, ratione obtenti beneficii sint exempti. Super quo postulasti per apostolice sedis oraculum edoceri, utrum propter ordinem
 25 subdiaconalis officii a pontifice Romano perceptum hii^{b)} tales a debita tibi obedientia subtrahantur.

Ad quod tibi breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis specialiter quantum convenit a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas apostolica collatione ipsius ordinis honoravit, per eum^{c)} tamen ab obedientia,
 30 quam alias tibi debent, minime absolvuntur.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VII Idus Aprilis, anno nono.

43. ^{a)} -er auf Rasur. Am Rande ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de maio(ritate) et obe(dientia) (X 1. 33. 7). ^{b)} Darnach eine kleine Rasur. ^{c)} Migne: eam.

44.

Innocenz III. bestätigt der Abtei Pothières das inserierte Privileg Papst Johannes' (VIII.) von 878.

Rom, St. Peter, 1206 April 8.

Reg. Vat. 7, fol. 82^r—83^r (Nr. 44). 5
Bréquigny, Diplomata, II/1 873, Nr. 44 = Migne, PL, 215, 850, Nr. 44. — S. unten Abb. III.
— Poth. Reg. 2739.

.. **Abbati et conventui Pultarien(sibus)¹⁾.**

vgl. Io 14, 6 | **Cum**^{a)} Christus sit veritas, nos, qui licet indigni locum eius tenemus in
 vgl. Io 5, 33; 18, 37 terris, veritati debemus testimonium perhibere, cum ipse de se dixisse lega- 10
 Io 18, 37 tur: «Ego ad hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium
 perhibeam veritati». Ex litteris siquidem dilectorum filiorum O(livarii) sanc-
 ti Sequani²⁾, A(rvei) Flauiacensis^{b, 3)} et H(ugonis) Castellionis⁴⁾ abbatum et G.
 decani Castellionis accepimus evidenter, quod ipsi in ecclesia vestra privile-
 gium bone memorie Iohannis pape, predecessoris nostri⁵⁾, vetustissimi sigilli 15
 roboratum munimine invenerunt^{c)} et illud inspicientes subtiliter et rescribi
 fideliter facientes rescriptum ipsius eorundem sigillis munitum ad nostram
 presentiam direxerunt obnix ac humiliter deprecantes, ut illud vestre
 dignaremur ecclesie de solita benignitate sedis apostolice innovare. Nos igitur
 tam vestris quam eorundem precibus benivolum prestantes assensum atten-
 dentes, quod monasterium ipsum in libro censuali camere nostre inter cetera
 monasteria libera et exempta dinoscitur annotatum et quod etiam nobis et
 successoribus nostris in una libra argenti annis singulis teneatur⁶⁾, transcrip-
 tum privilegii supradicti^{d)}, quod monasterii vestri continet libertatem, ne 20

44. a) Vor -um eine kleine Rasur. b) Migne: Flavinianensis. c) Migne: invenerint. d) Korr. 25
 aus supradictu(m).

44. 1) Rainald (II.), als Abt von Pothières (Ben.-Abtei, Diöz. Langres, ht. Dijon, Arr. Châtillon-sur-Seine, Dép. Côte-d'Or) bezeugt 1197/1203—1220. Vgl. *Gallia Christiana* IV 726; ROUSSEL, *Langres*, III 23.

2) Olivarius, als Abt von Sainte-Seine-l'Abbaye (Ben.-Abtei, Diöz. Langres, ht. Dijon, Dép. Côte-d'Or) bezeugt 1205—1224/1226. Vgl. *Gallia Christiana* IV 698; ROUSSEL, *Langres*, III 158.

3) Arveus (Herveus), als Abt von Flavigny (Ben.-Abtei, Diöz. Autun, ht. Dijon, Dép. Côte-d'Or) bezeugt zwischen 1193 und 1228 (sein Gegenkandidat Gilbert, Abt 1198—1207, wurde von Innocenz III. abgesetzt: Br. X 90 vom 19. Juli 1207; *Poth. Reg.* 3143; Migne, *PL*, 215, 1187; 35 s. auch Br. I 299 vom 20.—30. Juli 1198). Vgl. *Gallia Christiana* IV 461f.; *Dict. HGE* 17 (1971) 405.

4) S. Br. IX 24 Anm. I.

5) Papst Johannes VIII. (872—882), der auf dem Weg zur Synode von Troyes, 878, die Kirche von Pothières weihte. Vgl. *DBI* 55 (2000) 560—566. Vgl. auch die Briefe Johannes' VIII. 40 betreffend Pothières von 879: *Registrum Iohannis VIII. papae* 194, Nr. 218; 195, Nr. 219; 197, Nr. 221.

6) Vgl. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 190a, 245b; PFAFF, *Liber Censuum*, Nr. 501.

super hoc possit veritas deperire, ad veritatis notitiam pleniorē de verbo ad verbum huic pagine duximus subscribendum⁷⁾:

Ioh(anne)s episcopus, servus servorum Dei, venerabili religiosoque^{e)} abbati⁸⁾, qui divino nutu divinaque providentia in monasterio fuerit constitutus, 5 quod a vobis, Gerardo scilicet clarissimo filio nostro comiteque illustri⁹⁾ nobilissimaque filia Berta¹⁰⁾, in nomine Domini nostri^{f)} Iesu Christi et veneratione beatissimorum apostolorum Petri et Pauli super annem^{g)} prefluentis Secane^{h, 11)} in agro respiciente ad villam, quam ex antiquo Pultarias nominant, in pago Laticen(si) in finibus Burgundie¹²⁾ ab imis constructum 10 est opibusque ditatum, eiusque successoribus in perpetuum. De quo monasterio cum omnibus iure ad se pertinentibus pro remedio ac futura retributione animarum vestrarum hanc sanctam Romanam heredem fecistis ecclesiam illudque per donationis paginam beatissimo Petro apostolorum principi contulistis. Quando^{j)} ea, que^{j)} catholicorum corda pontificum sunt monitis 15 provocanda, ita^{j)} ardenti desiderio divina preveniente clementia succenduntur, ut ab eis ultro poscantur, tanto alacri et leto sunt^{k)} animo^{k)} concedenda, quanto ea ipsa^{l)}, que cupiunt, si nollent facere, peti debeant. Proinde iuxta vestram petitionem monasterio in honore Domini nostri Iesu Christi et beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, quod in parochia urbis Lingonice¹³⁾ 20 in loco et regno prenominato a vobis religiosa devotione fundatum est^{m)}, huiusmodi privilegia presentis nostre apostoli*ce auctoritatis decreto indulgentes condimusⁿ⁾, confirmamus atque statuimus, ut nulli regum, nulli antistitum, nulli quacumque preditum^{o)} dignitate vel cuiquam alio de hiis, que eidem monasterio a vobis, nobilissimis filiis nostris, iam donata sunt vel in 25 futuro a vobis vel quibuslibet aliis de proprio fuerint iure collata, sub cuiuslibet cause occasionisve specie minuere vel auferre et sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis causis pro sue avaritie excusatione liceat quocumque modo concedere, sed cuncta, que ibi oblata sunt vel offerri contigerit tam ab

* fol. 83r

^{e)} religiosoque. ^{f)} *Am Rande ein kurzer, waagrechter Strich.* ^{g)} annem. *Die Emendation schon bei Migne.* ^{h)} *Migne: Sequanae.* ⁱ⁾ *Migne fügt hinzu: ad.* ⁱ⁻¹⁾ *Migne: que pontificum sunt monitis povocanda, catholicorum corda ita.* ^{k-k)} *Migne: animo sunt.* ^{l)} *Am Rande ein kurzer, waagrechter Strich.* ^{m)} *Darüber eine Raute, dasselbe Zeichen am Rande.* ⁿ⁾ *Migne: concedimus.* ^{o)} *Durch Unterpungierung korr. aus p(re)editu(m).*

⁷⁾ *JE* 3186, 19. September 878.

35 ⁸⁾ Hairon (Saron), Abt von Pothières 863—885. Vgl. ROUSSEL, *Langres*, III 23.

⁹⁾ Gerhard von Roussillon, Graf von Paris, 853 Herzog von Lyon und Vienne, gest. 878/879. Vgl. *Dict. BF* 15 (1982) 1244f.; FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 190a mit Anm. 1.

40 ¹⁰⁾ Bertha, Frau des Gerhard von Roussillon. Vgl. *Dict. BF* 6 (1954) 184f. S. *Monumenta Vezeliacensia*, Cartulaire, 243, Nr. 1 (Gründung von Pothières und Vézelay, 858/859); 248, Nr. 2 (Übertragung von Pothières und Vézelay an den apostolischen Stuhl, 863).

¹¹⁾ Fluß Seine.

¹²⁾ Grafschaft Le Lassois (des Grafen Gerhard) um den Mont-Lassois, Comm. Vix-Saint-Marcel, Cant. Châtillon-sur-Seine, Dép. Côte-d'Or. Vgl. ROSEROT, *Côte-d'Or*, 210, 261f.

¹³⁾ Langres.

vobis quam ab eis, qui in eodem loco in officio abbatis vel conversatione religiosa succrescunt seu qui pro anime sue remedio ibidem oblationes suas obtulerint, a presenti tempore illibata et sine inquietu^{p)} volumus et apostolica auctoritate precipimus possideri; eorum tamen usibus, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt fuerintque, modis omnibus profutura 5 ea conditione, ut nullus successorum nostrorum in hac sancta sede, cui auctore Domino deservimus, numquam vel usquam quiddam de eisdem rebus cuiquam beneficiare, commutare ac^{q)} sub censu^{q)} concedere vel retinere per futura tempora patiatur, sed censum tantummodo in testamento traditionis vestre, quo ex eodem monasterio^{r)} heredem hanc sanctam fecistis matrem 10 ecclesiam, singularum videlicet librarum argenti, annis singulis successores nostri^{s)} accipientes pie paternitatis suffragium eidem monasterio, abbatibus ac monachis sub regula sancti patris Benedicti ibidem degentibus sollicitudine pastoralis vigilanter contra omnes infestantes impendere studeant.

Item constituimus, ut obeunte abbate predicti^{t)} monasterii non alius ibi 15 quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem consensus monachorum secundum timorem Dei et institutionem regule sancti Benedicti elegerit et huius apostolice sedis pontifex previderit^{u)} ordinandum aut suggestione monachorum consenserit ordinatum. Hoc quoque capitulo presenti subiungimus, ut locum avaritiae secludamus, nullum de regibus, nullum de sacerdotibus vel 20 quemcumque fidelium per se suppositamve personam decimas expetere et de ordinatione eiusdem abbatis vel clericorum atque presbiterorum vel de largitione crismatis aut consecratione basilice aut de quacumque commoditate spiritalis aut temporalis obsequii sive quibuscumque causis ad idem monasterium pertinentibus audere in auro vel alia qualibet specie commodi vel exenii 25 loco quicquam accipere neque eundem abbatem ordinationis sue causa dare presumere, ne hac occasione ea, que a fidelibus pie loco offeruntur aut iam oblata sunt, consumantur; neque episcopus civitatis ipsius parrochie nisi ab abbate ipsius monasterii invitatus ibidem publicas missas agat neque stationes in cenobio eodem indicat, ne servorum Dei quies quoquo modo populari 30 conventu valeat perturbari, neque paratas aut mansionaticos exinde presumat erigere. Susceptionem autem fidelium et religiosorum ac beneficentiam, quam iubet Apostolus cunctis exhibendam, pro possibilitate loci et facultatum non modo ibidem gratis fieri denegamus^{v)}, verum etiam suademus, sed et modus in numero congregationis adeo conservetur, ut nec pluralitas pen- 35 uriam nec paucitas inhabitantium destitutionem loci indicere valeat.

Hec igitur omnia, que huius precepti decretique nostri pagina continet, cunctis post vos succedentibus, qui idem monasterium a vobis constructum et sancte Romane ecclesie traditum sub usufructuario retinetis vel eis, quorum interesse potuerit, in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero 40 sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nos-

^{p)} *Migne*: inquietudine. ^{q-^u)} ab subcensu. *Die Emendation schon bei Migne.* ^{r)} *Migne*: monasterium. ^{s)} *Am Rande ein Kreuz.* ^{t)} *Migne*: praesenti. ^{u)} *Migne*: providerit. ^{v)} *Migne*: delegamus.

tre paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisve
sui dignitate percussus apostolico anathemate careat reumque se divino
iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat ac, nisi vel ea, que ab illo
sunt male ablata, restituerit vel presumpta correxerit vel digna penitentia
5 illicita acta deflexerit, a sacratissimo corpore Dei Domini ac redemptoris
nostri Iesu Christi alienus fiat atque in eterno examine districte ultioni sub-
iaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu
Christi, quatinus et hic fructum bone actionis recipiant et apud districtum
iudicem premia eterne pacis inveniunt.

10 Scriptum per manum Georgii, notarii regionarii et scriniarii sancte
Romane ecclesie¹⁴⁾; in mense Septembrio^{w)} indictione duodecima .+. bene
valet .+. Datum tertio decimo Kalendas Octobris per manum Walperti,
humillimi episcopi sancte Portuensis ecclesie¹⁵⁾, anno Deo propitio pontifica-
tus domni nostri Ioh(ann)is, summi pontificis et universalis pape, sexto^{s)} in
15 sacratissima sede beati Petri apostoli, indictione duodecima .+.

Volentes igitur monasterium vestrum debita libertate gaudere, districtius
inhibemus, ne quis vos aut monasterium vestrum contra tenorem privilegii
suprascripti presumat indebite molestare. Si quis autem hoc attemptare
presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli
20 apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum per manum Ioh(ann)is, sancte Marie
in Cosmedin diaconi cardinalis¹⁶⁾, sancte Romane ecclesie cancellarii, VI Idus
Aprilis, indictione VI^{av)}, incarnationis Dominice anno M^oCC^oV^o, pontificatus
vero do(n)ni Innocentii pape III anno nono.

25

45.

Innocenz III. ermahnt den Markgrafen (Philipp) von Namur und alle Gläubigen, die mit ihm zur Unterstützung des Heiligen Landes nach Konstantinopel ziehen wollen, unverzüglich aufzubrechen, wodurch auch die Gelübde anderer Pilgerfahrten als erfüllt gelten würden.

30

Rom, St. Peter, 1206 April 10.

Reg. Vat. 7, fol. 83^r—83^v (Nr. 45).

Bréquigny, Diplomata, II/1 876, Nr. 45 = Migne, PL, 215, 854, Nr. 45. — Poth. Reg. 2741; Wauters, Table chronologique, III 256.

^{w)} Migne: Septembris. ^{s)} sexti. ^{av)} Migne: IX.

35

¹⁴⁾ Georg, als Notar und Scriniar bezeugt 878—891. Vgl. SANTIFALLER, *Saggio*, 65f.

¹⁵⁾ Walpert von Porto, Kanzleichef Johannes' VIII. während der Reise zur Synode von Troyes, 878—879, Legat 876, 877, 880, 882. Vgl. LOHRMANN, *Register*, 258—261.

¹⁶⁾ Johannes, KD. von S. Maria in Cosmedin 1200—1213. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 136f.; CHENEY, *Papal Chancellor*, 370, 372f.

Nobili viro .. marchioni Namurensi¹⁾ et universis Christi fidelibus volentibus cum eodem ad succursum Terre sancte Constantinopol(im) proficisci.

(I) Cum^{a)} per Constantinopolitani detentionem imperii, quod divino iudicio sibi subiugavere Latini, pro certo speretur Ier(oso)limitana provincia liberanda de manibus paganorum, quicumque pro reverentia Iesu Christi pie
 5
 * fol. 83^r suspirat ad liberationem illius, ad istius quoque detentionem debet efficaciter aspirare. Licet ergo per generales litteras²⁾ nuper universis Christi fidelibus iniunxerimus in remissionem omnium peccatorum, ut Constantinopolim accedentes ad Terre sancte subsidium laborarent^{b)}, volentes tamen vos ad opus huiusmodi pietatis efficacius incitare, cum quidam vestrum ea potissimum ratione ad proficiscendum Constantinopolim induci posse sperentur, ut vota, que circa peregrinationes quascumque preterquam de visitanda
 10
 Ier(oso)limitana provincia emiserunt, in istius necessitatis itinere compensentur, universitatem vestram monemus attentius et hortamur ac in remissionem huiusmodi votorum iniungimus, quatinus pro Terre sancte subsidio 15 non tardetis Constantinopolim proficisci.

Datum Rome apud sanctum Petrum, IIII Idus Aprilis, anno nono.

46.

Innocenz III. trägt den Bischöfen (Konrad) von Brixen, (Otto) von Freising und (Gebhard) von Triest auf, im Prozeß zwischen dem Erzbistum Salzburg und seinem Eigenbistum Gurk um die Bischofswahl in Gurk die Parteien zu einer Einigung zu bewegen oder sie für den 11. November 1206 vor den Papst zu laden, inzwischen Zeugenaussagen einzuholen und dem Papst zu übermitteln.

Rom, St. Peter, 1206 April 11.

Reg. Vat. 7, fol. 83^r—84^r (Nr. 46).

Bréquigny, Diplomata, II/1 877, Nr. 46 = Migne, PL, 215, 855, Nr. 46; Jaksch, Monumenta Ducatus Carinthiae, I 304, Nr. 414; Hauthaler-Martin, Salzburger UB, III 67, Nr. 587. — Potth. Reg. 2744; BFW 5960.

Vgl. Murauer, Gerichtsbarkeit, 108—156.

45. ^{a)} Vor -um eine Rasur. ^{b)} Bis hierher gleichlautend mit Br. VIII 131 (130) Bd. 8 S. 238 Z. 19—25.

45. ¹⁾ Philipp (I.), 1195/1196 Markgraf von Namur, Bruder Balduins IX. von Flandern, Regent von Flandern und Hennegau, gest. 1212. Vgl. *Biographie Nationale de Belgique* 17 (1903) 316 bis 319; WALRAET, *Philippe I^{er}*. Kaiser Heinrich von Konstantinopel (s. Br. 142 Anm. 3), der sich wohl schon vorher an ihn gewandt hatte, forderte noch im September 1206 den Propst Gottfried von Douai auf, Philipp zur Hilfeleistung und Fahrt nach Konstantinopel zu veranlassen: TAFEL-THOMAS, *Urkunden*, II 37, Nr. 176; vgl. GERLAND, *Geschichte*, 101.

²⁾ Die sonst nicht bekannten „littere generales“, mit denen Innocenz III. zum Kreuzzug zur Unterstützung des Lateinischen Kaiserreichs von Konstantinopel als Voraussetzung für die Befreiung des hl. Landes aufrief, waren wahrscheinlich eine Antwort auf den Hilferuf des Regenten Heinrich von Konstantinopel: Br. VIII 132 (131) vom 5. Juni 1205, Bd. 8 S. 242 Z. 17—S. 243 Z. 10.

.. Brixinensi¹⁾, .. Frisingensi²⁾ et .. Tergestino³⁾ episcopis.

Cum^{a)} pro causa, que vertetur^{b)} inter Salseburgensem et Gurcensem ecclesias⁴⁾, partes essent in nostra presentia constitute, propositum fuit ex parte Gurcensis ecclesie, quod libertas eligendi sibi pontificem competit ei tam de iure communi⁵⁾ quam antiqua consuetudine⁶⁾ nec non apostolico privilegio⁷⁾. Unde fuit postulatum a nobis^{c)}, ut faceremus eam pacifica ipsius libertatis possessione gaudere, compellendo partem adversam ab eius super hoc indubitata molestatione cessare. Cumque de communi iure constaret, quia videlicet ab illis est specialiter eligendus, quibus principaliter est preficiendus antistes⁸⁾, ad probandam antiquam consuetudinem Salseburgensium archiepiscoporum privilegia sunt producta, qui a tempore bone memorie Geoardi archiepiscopi⁹⁾ usque ad penultimum eiusdem sedis archiepiscopum Gurcen(sis) ecclesie ius eligendi sibi pastorem per sua privilegia confirmarunt¹⁰⁾, felicitis quoque memorie Lutii pape secundi privilegium est ostensum, per quod eidem ecclesie Gurcensi conceditur, ut defuncto eius antistite nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel pars consilii sanioris secundum Deum et canonicas sanctiones providerint eligendum¹¹⁾.

Contra petitionem autem huiusmodi exceptionem rei iudicate¹²⁾ Salseburgensis ecclesie procurator obiecit proferens autenticum instrumentum sen-

46. a) Die Initiale auf Rasur. Am Rande ein senkrechter Strich. b) Migne: vertitur. c) Migne: vobis.

46. 1) Konrad von Rodank, B. von Brixen (Suffr. von Salzburg) 1200—1216. Vgl. GATZ, *Bischöfe*, 116.

25 2) Otto (II.) von Berg, B. von Freising (Suffr. von Salzburg) 1184—1220. Vgl. *ibd.* 189.

3) Gebhard, B. von Triest (Suffr. von Aquileia) 1199—1212. Vgl. *ibd.* 811.

4) Das Bistum Gurk (ht. Klagenfurt, Suffr. von Salzburg) wurde 1072 von EB. Gebhard (s. unten Anm. 9) als Salzburger Eigenbistum gegründet, woraus sich nach anfänglicher enger Zusammenarbeit lange Streitigkeiten um die Emanzipation Gurks aus diesem rechtlich bald überholten Status ergaben. Vgl. HÖDL, *Vom Kloster zum Salzburger „Eigenbistum“*; DOPSCH, *Primas*, 133f.; MURAUER, *Gerichtsbarkeit*, 6—42.

5) *Decretum Gratiani* D. 63 c. 34, 35 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 246f.).

6) 1174 war B. Roman (II.) von Gurk durch Klerus und Volk gewählt worden, was Papst Alexander III. bestätigt hatte. 1179 wurde Hermann von Ortenburg auf dieselbe Art gewählt, wogegen EB. Konrad (III.) von Salzburg einen eigenen Bischof einsetzte. Vgl. *Chronicon Gurcense* (MGH SS XXIII) 9f.

7) Ein angebliches Privileg Papst Lucius' II. vom 11. Februar 1145: *JL* +8712; *GP* I 130, Nr. 1; *Dr.*: JAKSCH, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I 129, Nr. 136.

8) Vielleicht auf Grund von *Decretum Gratiani* D. 63 p. c. 25 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 243).

40 9) Gebhard, EB. von Salzburg 1060—1088. Vgl. DOPSCH, *Gebhard*.

10) Die angeblichen Urkunden der Erzbischöfe Gebhard (1060—1088) von 1072, Konrad (I.) (1106—1147) von 1112, Eberhard (I.) (1147—1164) von 1150 und Konrad (II.) (1164—1168) von 1167. Vgl. JAKSCH, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I 76, Nr. 31; 85, Nr. 42; 148, Nr. 171; 191, Nr. 249.

45 11) S. oben Anm. 7.

12) Vgl. *Codex* 7. 64. 1 (Ed. KRUEGER 326) = *Decretum Gratiani* C. 2 q. 6 p. c. 41 § 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 482).

tentie, quam ex delegatione bone memorie Alexandri tertii pape Frisingensis episcopus et .. abbas Sancte Crucis super hac causa pro Salseburgensi ecclesia contra Gurcensem protulisse dicuntur¹³⁾. Et ex abundantia quidem non contestando litem sed quasi corroborando sententiam exhibuit privilegium Alexandri pape secundi¹⁴⁾ et privilegium Henrici imperatoris¹⁵⁾, quibus nitebatur ostendere ius eligendi Gurcensem episcopum ad Salseburgensem archiepiscopum pertinere, quod a predecessoribus nostris Alexandro¹⁶⁾ et Lutio¹⁷⁾ ac etiam nobis¹⁸⁾ ipsis per privilegii paginam meruit confirmari. Cumque predicta sententia in rem transierit iudicatam et tam per legatos¹⁹⁾ quam presules²⁰⁾ apostolice sedis fuerit confirmata, iam contra eam nichil poterat attemptari. 5 10

Porro dictum est ex adverso, quod, cum de commissione, que asseritur facta prefatis episcopo et abbati, nullo modo constaret, | quia nec commissio apparebat nec per testes aut alio legitimo modo facta erat fides de illa, per solum instrumentum prefatorum episcopi et abbatis sigillis munitum probari non poterat sententia esse lata, cum illud instrumentum iudicarium non existeret, quia^{d)}, cum constaret prefatos episcopum^{e)} et abbatem in hac causa non fuisse iudices ordinarios neque constaret eos fuisse iudices delegatos aut electos a partibus, profecto eorum testimonio in preiudicium Gurcensis ecclesie non erat aliquo modo credendum; nec obesse debebat Romanorum pontificum confirmatio, qui non cum cognitione sed cum conditione huiusmodi videbantur sententiam confirmasse²¹⁾, cum non proficiat accessorium^{f)}, 15 20

^{d)} -a vielleicht nachträglich eingefügt. ^{e)} ep(iscop)os. ^{f)} Migne: necessarium.

¹³⁾ B. Albert (I.) von Freising (1158—1184) und Abt Heinrich (1148—1185) von Heiligenkreuz (Zist.-Abtei, Diöz. Passau, ht. Wien, Niederösterreich) am 2. Februar 1180: *GP* I 42, Nr. 138; 128, Nr. 21; Dr.: HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II 584, Nr. 424a. 25

¹⁴⁾ Papst Alexander II. am 21. März 1070: *JL* 4673; *GP* I 17, Nr. 40; 125, Nr. 1; Dr.: HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II 169, Nr. 102.

¹⁵⁾ Kaiser Heinrich IV. am 4. Februar 1072: *MGH D H. IV.* 253.

¹⁶⁾ Papst Alexander III. am 12. April 1179: *JL* 13380; *GP* I 40, Nr. 134; 128, Nr. 20; Dr.: HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II 577, Nr. 419. 30

¹⁷⁾ Privilegien Papst Lucius' III. vom 9. Mai 1182 und vom 3. Dezember 1184: *JL* 14635, 15128; *GP* I 42f., Nr. 140, 142; 129, Nr. 23, 24; BÖHMER-BAAKEN-SCHMIDT, *Regesta Imperii*, 140, Nr. 220 (1182); Dr.: HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II 589, Nr. 428; 603, Nr. 442.

¹⁸⁾ Papst Innocenz III. am 3. Februar 1201: *Poth. Reg.* 1259; Dr.: HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, III 4, Nr. 537. 35

¹⁹⁾ 1180 durch (K.-)B. Peter von Tusculum und KP. Petrus de Bono von S. Susanna: *GP* I 42, Nr. 139; 128, Nr. 22; Dr.: HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II 586, Nr. 424b.

²⁰⁾ Durch Papst Lucius III. (s. oben Anm. 17; HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II, Nr. 428, S. 590; Nr. 442, S. 604) und Papst Innocenz III. (s. oben Anm. 18; HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, III, Nr. 537, S. 5). 40

²¹⁾ Vielleicht die Bestätigung des Urteils von 1180 durch die beiden Kardinäle (s. oben Anm. 19), die im gleichen Jahr erfolgt war „sicut ... rationabiliter lata fuisse dinoscitur“. Vgl. HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II 586, Nr. 424b. Zur Problematik vgl. MURAUER, *Gerichtbarkeit*, 127f. mit Anm. 122—128. 45

ubi deficit principale²²). Contra privilegium vero Alexandri secundi obiectum^g) est vitium falsitatis, quia videlicet instrumento, quod erat sub nomine Alexandri secundi^g) confectum, bulla Alexandri tertii falsata erat inserta, sicut diligenter intuentibus non solum per collationem bullarum, verum
 5 etiam aliis quibusdam evidentibus inditiis apparebat²³). Et licet pro sententia diceretur, quod iam non poterat contra ipsam post viginti annos agi de falso, quia querela falsi secundum legitimas sanctiones²⁴) annum vicesimum non excedit, dictum est tamen econtra, quod que ad agendum sunt temporalia, semper sunt ad excipiendum perpetua et ideo, licet querela falsi post annum
 10 vicesimum expirasset, adhuc tamen exceptio doli mali locum habebat, presertim cum agi posset ex illa constitutione²⁵), quam nos contra falsariorum edidimus pravitatem. Privilegium^h) vero Henrici imperatoris nullum Gurcensi ecclesie poterat impedimentum afferre, quia secundum canonicas sanctiones²⁶) laicis quantumcumque religiosis aut magnis nulla est disponendi de
 15 rebus ecclesie attributa facultas. Cumque secundum statuta legitima²⁷) sententia, que condemnationem vel absolutionem non continet, nulla sit ipso iure, allegatum est huiusmodi sententiam esse nullam, que absolutionem vel condemnationem non continet, sicut ex tenore instrumenti colligitur evidenter. Que si etiam lata fuisset, contra iuris ordinem esset lata, quia, cum
 20 Salseburgensis archiepiscopus in illo iudicio esset reus, auctore non probante potuit * quidem absolvi²⁸), sed ius ei adiudicari non debuit. Unde quod contra leges est actum, per leges dissolvi meretur²⁹), presertim cum plus adiudicatum fuerit prefato archiepiscopo quam fuisset probatum. Nam etsi probatum fuisset, quod electio memorati episcopi ad ipsum archiepiscopum pertineret, quod tamen pertineret ad ipsum solum, probatum non fuit; unde
 25 totum ius eligendi adiudicari non debuit ipsi soli. Propositum est preterea, quod, etsi ius eligendi Gurcensem episcopum ad Salseburgensem archiepisco-

* fol. 84r

*-g) Fehlt bei Migne. h) Am Rande eine Art Haken.

²²) Vgl. Digesten 33. 8. 2; 50. 17. 129. 1; 50. 17. 178 (Ed. MOMMSEN 473, 871, 873), Codex I. 30 14. 5. 1 (Ed. KRUEGER 68).

²³) Vgl. DIEKAMP, *Urkundenwesen*, 569, und *GP* I 18, Kommentar zu Nr. 40.

²⁴) Codex 9. 22. 12 (Ed. KRUEGER 382).

²⁵) Br. IV 1 = Rain. 14. 4 = Gilb. 5. 7. 5 = Gilb. Brux. 5. 7. 5 = X 5. 20. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 820f.). Vgl. auch Br. I 235 = Rain. 14. 1 = Gilb. 5. 7. 4 = Gilb. R. 67 = Gilb. Brux. 35 5. 7. 4 = Coll. Valent. II 15 = Comp. III 5. 11. 1 = X 5. 20. 4; Br. I 349 = Rain. 14. 2 = Gilb. Anh. 29 = Coll. Dunelm. II 187 = Alan. 5. 12. 2 = Alan. K. 5. 13. 3 = Comp. III 5. 11. 2 = X 5. 20. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 817—819).

²⁶) *Decretum Gratiani* D. 96 a. c. 1, c. 1 § 4; C. 16 q. 7 c. 18, 20, 23—25 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 335, 337, 805—807); Conc. Lat. III, c. 14 (*COD*³ 218f.) = Comp. I 3. 33. 5 = X 3. 38. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 610).

²⁷) Codex 7. 45. 3 (Ed. KRUEGER 315).

²⁸) Vgl. Codex 4. 19. 23 (Ed. KRUEGER 157) = *Decretum Gratiani* C. 6 q. 4 c. 7; vgl. auch C. 6 q. 5 a. c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 565).

²⁹) *Decretum Gratiani* D. 10 c. 10 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 22).

pum pertineret, ipse tamen secundum canonicas sanctiones³⁰⁾ eligere non deberet extraneum³¹⁾, quamdiu in ipsa ecclesia idoneum inveniret, essetque facultas canonicis eiusdem ecclesie renitendi, si quemquam ingeri sibi cerne-
rent ex adverso. Allegatum est etiam pro parte Gurcensis ecclesie, quod, etsi
talis fuisset lata sententia contra ipsam, ei tamen modo non deberet obesse, 5
cum frequenter post illam libertate usa fuerit eligendi³²⁾, et inter Salsebur-
gensem et Gurcensem ecclesias³⁾ super hoc apud Villacum³³⁾ transactio inter-
cesserit de communi et libera voluntate.

Pro parte vero Salseburgensis ecclesie fuit allegatum econtra, quod pre-
fatus Geboardus, Salseburgensis archiepiscopus, de consensu et conniventia 10
tam apostolice sedis quam imperatorie celsitudinis in quadam parte sue
diocesis Gurcensem episcopatum creavit constituens, ut Gurcensis episcopus
tam in spiritualibus quam etiam⁴⁾ temporalibus Salseburgensis archiepiscopi
perpetuus foret vicarius³⁴⁾. Unde cum electio vicarii sicut et vicedomini ad
eum solummodo de iure pertineat, cuius vicarius efficitur aut etiam vicedo-
minus³⁵⁾, profecto Gurcensis episcopus ratione patronatus et vicarie a Salse-
burgensi est archiepiscopo eligendus. De privilegio vero Alexandri secundi
iudicandum non erat, tum quia non fuit nobis exhibitum in forma iudicii³⁶⁾,
tum quia per Lutium papam extitit approbatum, qui se illud inspexisse ac
approbasse fatetur³⁷⁾. Unde si forsitan aliquo casu falsata bulla illi privilegio 20
fuisset apposita, presumi deberet id post tempus prefati Lutii fuisse pre-
sumptum. Nec debet obesse, quod Salseburgenses archiepiscopi dicuntur
Gurcen(s) ecclesie libertatem eligendi sibi pontificem per sua privilegia con-
firmasse, tum quia privilegiis illis Gurcensis ecclesia usa non fuit, tum quia
pretextu privilegiorum postea reperorum sententia non debet aliquatenus 25
immutari³⁸⁾. Licet autem procurator Gurcensis ecclesie niteretur rationes
predictas multipliciter infirmare, quia tamen utrique parti credimus expedi-
re, ut huiusmodi controversia per concordiam sopiatur, ad inveniendam
concordiam indutias duximus concedendas, presertim cum ad probandum

¹⁾ *Migne*: ecclesiam. ¹⁾ *Migne*: in.

30

³⁰⁾ S. Br. IX 34 Anm. 37.

³¹⁾ EB. Eberhard (II.) von Salzburg (s. Br. IX 60 Anm. 1) hatte 1200 den Abt Walter (von Vatz) von Disentis, seinen nahen Verwandten, zum Bischof von Gurk bestellt. Vgl. MURAUER, *Gerichtsbarkeit*, 132; GATZ, *Bischöfe*, 207f., 661—663.

³²⁾ Vielleicht die Wahl des Propstes Ekkehard von Maria Saal 1195 zum Bischof von Gurk. 35
Vgl. Annales s. Rudberti (*MGH SS IX*) 778 Z. 32f. und MURAUER, *Gerichtsbarkeit*, 133f.

³³⁾ Villach, Kärnten.

³⁴⁾ S. die angebliche Urkunde EB. Gebhards von Salzburg von 1072: oben Anm. 10, JAKSCH, *Monumenta Ducatus Carinthiae*, I, Nr. 31, S. 77.

³⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 89 c. 2, 3 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 311).

40

³⁶⁾ Vgl. oben S. 86 Z. 3f.: „non contestando litem sed quasi corroborando sententiam exhibuit privilegium ...“.

³⁷⁾ S. oben Anm. 17; HAUTHALER-MARTIN, *Salzburger UB*, II, Nr. 428, S. 590.

³⁸⁾ Vgl. Codex 7. 52. 4 (Ed. KRUEGER 318).

commissionem^{k)} predictam Salseburgensis archiepiscopi procurator indutias postulet.

Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partes ad concordiam inducentes suggeratis eisdem, ut congruum compositionis modum per se ipsas inveniunt et acceptent vel usque ad festum sancti Martini proximo venturum³⁹⁾ nostro se conspectui representent, ita quod et agendi et respondendi et componendi et transigendi et recipiendi sententiam plenam habeant potestatem⁴⁰⁾, ut causa ipsa per nos auctore Domino finem congruum sortiatur. Verum ne quid ad instructionem cause deficiat, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus testes, quos super commissione, transactione ac eligendi usu alterutra pars duxerit producendos, recipiatis et examinetis prudenter eorumque depositiones sub sigillis vestris inclusas nobis transmittere procuretis.

Testes autem, qui fuerint nominati, et cetera; nullis litteris obstantibus, si que apparuerint preter assensum partium a sede apostolica impetrate. Quodsi non omnes et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, III Idus Aprilis, anno nono.

47.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Gombal) von Tortosa, gemäß dem schon vor drei Jahren an ihn ergangenen Mandat dem Bischof (García) von Huesca die Kirchen von Alquézar innerhalb von zwei Monaten zurückzustellen oder darum vor dem Erzbischof (Raimund) von Tarragona und dem Bischof (García) von Tarazona zu prozessieren. (Andernfalls hat er diesen befohlen, den Bischof von Huesca in den Besitz der Kirchen zu setzen.)

Rom, St. Peter, 1206 April 13.

Reg. Vat. 7, fol. 84^r—84^v (Nr. 47).

Bréquigny, Diplomata, II/1 879, Nr. 47 = Migne, PL, 215, 858, Nr. 47; Mansilla, Documentación, 362, Nr. 338. — Potth. Reg. 2746.

.. Episcopo Dertusensi¹⁾.

Sub hac forma tibi nostras recolimus litteras destinasse²⁾, quod olim pie recordationis Alexander papa, predecessor noster, antecessori tuo per suas

^{k)} *Migne*: sententiam.

³⁹⁾ 11. November 1206.

⁴⁰⁾ Vgl. MURAUER, *Formen*, 62f.

35 **47.** ¹⁾ Gombal (Gombau) de Santa Oliva, B. von Tortosa (Suffr. von Tarragona) 1194—1213. Vgl. VIRGILI, *Diplomatari Tortosa 1193—1212*, 21—47.

²⁾ Br. VI 77 vom 25. Mai 1203.

dedit litteras³⁾ in mandatis, sicut in eisdem perspeximus^{a)} contineri^{a)}, ut .. Oscensi episcopo⁴⁾ ecclesias de Alchezar⁵⁾ per bone memorie Eug(enium) papam, predecessorem nostrum, adiudicatas eidem⁶⁾, quas idem predecessor tuus auctoritate regia contra iustitiam detinebat⁷⁾, infra duos menses post susceptionem litterarum suarum qualibet occasione et appellatione ces- 5 (santibus) restituere ac in pace dimittere non tardaret. Ipse vero mandati apostolici surdus auditor existens id efficere non curavit, sicut venerabilis frater nostri Garsie, Oscensis episcopi⁸⁾, in nostra tunc presentia constituti conquestio nobis exposita patefecit. Nos igitur attendentes, quod simus omnibus in sua iustitia debitores, volentes unicuique sua iura servare, tibi precipiendo mandavimus, ut memoratas ecclesias cum pertinentiis suis infra duos menses post susceptionem litterarum nostrarum prefato episcopo restituere sublato cuiuslibet^{b)} contradictionis et appellationis obstaculo procurares^{c)} vel usque ad festum purificationis beate Marie proximo tunc venturum⁹⁾ ad presentiam nostram accederes super hiis exhibiturus eidem, quod 15 ordo posceret rationis; districtius inhibentes, ne, cum tunc possessionem haberes earum, dolo dimitteres possidere, ut super hiis eidem exhibere iustitiam cogi ullatenus non deberes¹⁰⁾. Alioquin, cum dolus patrocinari nemini

47. ^{a-a)} *Migne*: contineri perspicitur. ^{b)} *Fehlt bei Migne*. ^{c)} *Migne*: procures.

³⁾ Papst Alexander III. am 20. Januar 1172 (KEHR, *PU in Spanien*, II 450, Nr. 118) an den 20 B. Ponce (Ponç) de Monells von Tortosa (1165—1193). Vgl. UBIETO ARTETA, *Disputas*, 209f. Allerdings besaß Tortosa auch Besitzbestätigungen Alexanders III. von 1165 und Innocenz' III. von 1198 für Alquézar, dessen Priorat die Bischöfe von Tortosa zeitweise innehatten. Vgl. FREEDMAN, *Additions*, 527f.; DR.: VIRGILI, *Diplomatari Tortosa 1062—1193*, 207, Nr. 154; vgl. *ibd.* 201f., Nr. 149, 150; 258, Nr. 200; 313, Nr. 250; DERS., *Diplomatari Tortosa 1193—1212*, 192, Nr. 25 572; vgl. *ibd.* 291, Nr. 648.

⁴⁾ Stephan (II.) von San Martín, B. von Huesca (Suffr. von Tarragona, ht. Zaragoza) 1165—1186. Vgl. *DHEE* II 1109; UBIETO ARTETA, *Listas*, I 171.

⁵⁾ Santa Maria in Alquézar (Prov. Huesca, p. j. Barbastro) und die von dieser abhängigen 30 Kirchen. Vgl. KEHR, *PU in Spanien*, II 480, Nr. 140; UBIETO ARTETA, *Disputas*, passim.

⁶⁾ Papst Eugen III. entschied im seit 1080 zwischen den Diözesen von Jaca—Huesca und Roda—Barbastro—Lérida geführten Konflikt um die Kirchen von Barbastro, Bielsa, Gistaín und Alquézar zugunsten von Huesca: Br. vom 14. März 1145: *JL* 8717; DR.: DURÁN GUDIOL, *Colección diplomática Huesca*, I 186, Nr. 165; s. auch KEHR, *PU in Spanien*, II 345—350, 357—360, 363, Nr. 46—48, 54—56, 60; Br. VI 75 vom 27. Mai 1203, Bd. 6 S. 105 Z. 3, S. 115 Z. 23—S. 116 35 Z. 1. Vgl. UBIETO ARTETA, *Disputas*, 204—207.

⁷⁾ Graf Raimund Berengar IV. von Barcelona (s. Br. IX 143 Anm. 10), der 1148 Tortosa erobert und die Wiedererrichtung des Bistums 1151 ermöglicht hatte, übertrug dem B. von Tortosa die Kirchen von Alquézar; dies wurde auch von den Königen Alfons II. und Peter II. von Aragón (1208) bestätigt. Vgl. UBIETO ARTETA, *Disputas*, 209—211; VIRGILI, *Diplomatari Tortosa 1062—1193*, Nr. 301, S. 376f.; 408, Nr. 329; DERS., *Diplomatari Tortosa 1193—1212*, 370, Nr. 711.

⁸⁾ García de Gudal, B. von Huesca (Suffr. von Tarragona, ht. Zaragoza) 1201—1236 (resigniert), gest. 1240. Vgl. *DHEE* II 1109; DURÁN GUDIOL, *García de Gudal*; UBIETO ARTETA, *Listas*, I 171. 45

⁹⁾ 2. Februar 1204.

¹⁰⁾ Vgl. *Digesten* 5. 3. 36. 3; 6. 1. 52; 43. 3. 1. 7; 50. 17. 131, 150, 157.1 (Ed. MOMMSEN, 86, 93, 681, 871f.).

debeat¹¹⁾, te nosceres pena legitima percellendum. Tu vero mandatum nostrum obaudiens, sicut ex eiusdem episcopi questione accepimus ite*rata, nec ipsas ecclesias eidem restituere nec per te aut responsalem idoneum, licet a termino tibi prefixo duo anni et amplius sunt elapsi, nostro te curasti conspectui presentare, asserens te dictas ecclesias auctoritate regia detinere, cui eas, cum necesse fuerit, resignabis. * fol. 84^r

Quia igitur nec possumus nec debemus conquerentibus iustitiam denegare, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quantum memoratas ecclesias cum pertinentiis suis infra duos menses post suspensionem presentium eidem episcopo restituere sublato contradictionis et appellationis obstaculo non postponas vel coram venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Terraconensi¹²⁾ et .. episcopo Tirasonensi¹³⁾, quibus super hoc dirigimus scripta nostra, eidem exhibeas iustitie complementum. Quodsi legitime citatus ab eis in ipsorum presentia prefato episcopo super predictis ecclesiis non curaveris respondere, ipsis damus nichilominus in preceptis, ut memoratum episcopum in possessionem^{d)} predictarum ecclesiarum^{d)} amoto ab eis quolibet illicito detentore auctoritate nostra sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo inducere non omittant et ipsum in eandem tueantur inductum; contradictores^{e)} et cetera^{e)}.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Id(us) Aprilis, anno nono.

In eundem fere modum .. archiepiscopo Terraconensi et .. episcopo Tirasonensi super eodem negotio.

Eadem dat(a) ut supra.

48.

Innocenz III. ermahnt den König (Peter) von Aragón, den Bischof (Gombal) von Tortosa in dessen Streit gegen den Bischof (García) von Huesca um die Kirchen von Alquézar nicht zu unterstützen, sondern dem Erzbischof (Raimund) von Tarragona und dem Bischof (García) von Tarazona bei der Durchführung des Prozesses gemäß ihres päpstlichen Auftrages Hilfe zu leisten.

(Rom, St. Peter, 1206 April ca. 13.)

Reg. Vat. 7, fol. 84^r (Nr. 48).

Bréquigny, Diplomata, II/1 880, Nr. 48 = Migne, PL, 215, 860, Nr. 48; Mansilla, Documentación, 364, Nr. 339. — Potth. Reg. 2747.

^{d-d)} Durch Zeichen umgestellt aus predictarum ecclesiarum possessionem. ^{e-e)} Nach dem Datum geschrieben, mit Verweiszeichen hier eingefügt.

¹¹⁾ Vgl. die Dekretalen Papst Alexanders III. *JL* 13870, 14091 = *Comp.* I 2. 20. 20; 4. 11. 2 = X 2. 28. 15; 4. 11. 2 (*FRIEDBERG, CorpIC*, II 414, 694). Zu *JL* 14091 vgl. auch *HOLTZMANN, Kanonistische Ergänzungen*, Nr. 176d.

¹²⁾ Ramón von Rocabertí, EB. von Tarragona 1199—1215. Vgl. *DHEE* IV 2531; *UBIETO* 40 *ARTETA, Listas*, II 378.

¹³⁾ S. Br. IX 2 Anm. 4.

.. **Illustri Regi Aragonum**^{a, 1).}

| **Etsi**^{b)} ecclesiam Dei ob sponsi reverentiam honorare honori tuo congruat et saluti, sic tamen uni debes assistere, ut in suo iure aliam^{c)} non offendas, nec debes credere illius utilitatibus aliquod deperire, si ea que sunt restituat^{d)} aliena^{d)}. Sane significante venerabili fratre nostro .. Oscensi episcopo²⁾ ad 5
Dertusensi episcopo³⁾ dederimus in mandatis⁴⁾, ut ecclesias de Alchezar per bone memorie Eugen(ium) papam, predecessorem nostrum, adiudicatas Oscensi ecclesie⁵⁾ ipsi episcopo restitueret vel ad presentiam nostram accederet super hiis exhibiturus eidem, quod ordo posceret rationis, ipse tuo fretus 10
auxilio et favore id efficere non curavit.

Quocirca serenitatem tuam rogamus at(tentius) et monemus in remissionem tibi peccaminum^{e)} iniungentes, quatinus memorato Dertusensi episcopo in preiudicium Oscensis ecclesie non assistas, ne^{f)} venerabiles fratres nostros .. archiepiscopum Terraconensem⁶⁾ et .. episcopum Tirasonensem⁷⁾, quibus 15
idem negotium duximus committendum, impediās, quominus valeant mandatum apostolicum effectui mancipare, sed eis potius ob reverentiam apostolice sedis et nostram ad id tuum prebeas auxilium et favorem, ut prefata Oscensis ecclesia suo iure ulterius non fraudetur et nos devotionem regiam 20
possimus in Domino commendare.

Datum ut^{g)} supra^{g)}.

49.

Innocenz III. trägt (dem Erzbischof Raimund von Tarragona ?) auf, für die Einhaltung des Interdikts zu sorgen, das der Bischof (García) von Huesca über die Kirche von Almodévar verhängt hat, weil der Infant (Alfons), dem die Kirche von seinem Bruder, dem König P(eter) von Aragón, widerrechtlich übertragen worden war, den Bischof gewaltsam daraus vertrieben hat. Gegen jene, welche die Kirche widerrechtlich innehaben, soll er mit kirchlichen Strafen vorgehen. 25

(Rom, St. Peter, 1206 April ca. 13.)

48. ^{a)} Adresse nur am Rande vorgemerkt, fehlt bei Migne. ^{b)} Die Initiale auf Rasur. ^{c)} Migne: alium. ^{d-d)} Migne: alienata restituantur. ^{e)} Migne: peccatorum. ^{f)} Migne: nec. ^{g-g)} Migne: Idibus Aprilis, anno nono.

48. ¹⁾ Peter II., König von Aragón 1196—1213. Vgl. *LMA* 6 (1993) 1923.

²⁾ S. Br. IX 47 Anm. 8.

³⁾ S. Br. IX 47 Anm. I.

⁴⁾ Br. VI 77 vom 25. Mai 1203.

⁵⁾ S. Br. IX 47 Anm. 5, 6.

⁶⁾ S. Br. IX 47 Anm. 12.

⁷⁾ S. Br. IX 2 Anm. 4.

Reg. Vat. 7, fol. 84^r (Nr. 49).

Bréquigny, Diplomata, II/1 880, Nr. 49 = Migne, PL, 215, 860, Nr. 49; Mansilla, Documentación, 364, Nr. 340. — Pothl. Reg. 2748.

[.. **Archiepiscopo Terraconensi.**] ¹⁾

5 **Ex**^{a)} parte venerabilis fratris nostri .. Oscensis episcopi²⁾ fuit propositum coram nobis, quod, cum karissimus in Christo filius noster P(etrus)^{b)}, Aragon(um) rex³⁾ illustris, ecclesiam de Almodeuar⁴⁾ ad mensam canonicorum Oscensium pertinentem .. fratri suo⁵⁾ niteretur tradere vix^{c)} decenni^{c)} et idem episcopus obviare curasset regie voluntati, frater ipsius regis in manu forti
10 accessit ad ecclesiam supradictam, sed quia idem episcopus eum prevenerat et intraverat ecclesiam memoratam, idem ex parte regis inhibuit, ne aliquis prefato episcopo victualia vendere attemptaret, ut ecclesiam ipsam desereret fame ac siti coactus. Preterea fractis hostiis violenter tam ipsius ecclesie quam domorum eiusdem illos, qui cum episcopo erant, expulit inhoneste.
15 Episcopus autem attendens, quod amplius resistere non valeret, ecclesiam ipsam supposuit interdicto, sed ipse, ut iniquitatem iniquitati apponeret, divina facit in ea nichilominus celebrari⁶⁾. vgl. Ex 13, 3 u.ö.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsius interdicti, sicut rationabiliter est prolata, usque ad satisfactionem idoneam facias appellatione postposita firmiter observari, detentores ipsius ecclesie, nisi curaverint resipiscere et a divinorum celebratione cessarint, sicut iustum fuerit, appellatione remota canonica pena percellas.

Datum ut^{d)} supra^{d)}.

49. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. ^{b)} Migne: L. ^{c-c)} Fehlt bei Migne und Mansilla. ^{d-d)} Migne: Romae, apud Sanctum Petrum, Idibus Aprilis, anno nono.

49. ¹⁾ MANSILLA, *Documentación*, 364, nimmt als Adressaten den EB. Ramón von Tarragona (Br. IX 47 Anm. 12) an.

²⁾ S. Br. IX 47 Anm. 8.

³⁾ S. Br. IX 48 Anm. 1.

30 ⁴⁾ Almudévar, Diöz. Huesca, p. j., Prov. Huesca.

⁵⁾ Alfons (II.), Graf der Provence und von Forcalquier, geb. 1182, gest. 1209. Vgl. *Dict. BF* 2 (1936) 315—317.

⁶⁾ Im Mai 1206 kam es zur Einigung in diesem und anderen Konflikten zwischen dem B. von Huesca und König Peter II.: Der König schenkte der Kirche von Huesca Almudévar und 16 weitere Pfarren, der Bischof verzichtete auf eine Reihe von Zehnten zugunsten der Abtei von Montearagón und ihres Abtes, des Infanten Ferdinand (DURÁN GUDIOL, *Colección diplomática Huesca*, II 644f., Nr. 669f.; s. auch die Bestätigung durch Innocenz III. am 26. Februar 1210, *ibd.* 686, Nr. 711; vgl. DURÁN GUDIOL, *García de Gudal*, 302f., 320f.).

50.

Innocenz III. verbietet, daß geistliche oder weltliche Richter die Präzeptoren des Templerordens in Italien aufgrund ihres geistlichen Standes und ihrer unbekanntenen Herkunft zurückweisen, wenn sie ihren Orden vor Gericht vertreten wollen.

5

Rom, St. Peter, 1206 April 10.

Reg. Vat. 7, fol. 84^r (Nr. 50).

Bréquigny, Diplomata, II/1 881, Nr. 50 = Migne, PL, 215, 861, Nr. 50. — Comp. III 3. 38. 1; Bern. 3. 39. 1; Coll. Fuld. 3. 33. 2; X 2. 1. 16. — Poth. Reg. 2740; Bramato, Templari, II 100, Nr. 113 (zu 1206 April 16).

10

[Magistro¹⁾ et fratribus militie Templi in Italia constitutis.]^{a)}

vgl. Ps 10, 8 Cum^{b)} deputati sitis obsequio Iesu Christi, qui, cum iustus sit, iustitiam diligit et equitatem conspicit vultus eius, indempnitatibus vestris paterna tenemur sollicitudine precavere, ne pro eo, quod operibus pietatis intenditis, lesionem in vestra iustitia subeatis. Accepimus plane, quod quidam tam seculares quam ecclesiastici iudices in Italia illos, quos habetis in vestris domibus preceptores, in causis ad prosequendum suam iustitiam non admittunt, tamquam licitum non sit eis super litigiosis negotiis curam gerere, qui pacificis decreverunt studiis inherere²⁾; illud allegantes in repulsionem ipsorum, quod eorum ipsis generatio non est nota, qui undecumque locorum venerint gratia divina vocati, dum laudabiliter exeuntur^{c)} officium sui ordinis, ex superhabundanti requiritur sue notio nationis. Eapropter, dilecti in Christo filii, vestris postulationibus annuentes, ne quis in prosecutione causarum preceptores eosdem ab agendo et respondendo sub huiusmodi occasione repellat, auctoritate presentium inhibemus.

15

20

25

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, IIII Idus Aprilis, anno nono.

50. ^{a)} Die Adresse wurde schon von Bréquigny und Migne ergänzt nach der Überlieferung des Liber Extra. ^{b)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande zwei kurze, schräge Striche und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de iudic(iis) (X 2. 1. 16), und eine Klammer. ^{c)} Migne: exsequuntur.

30

50. ¹⁾ Als Praeceptor (und Magister) der Templer in Italien ist 1203 Aimericus de Saluceis bezeugt. Vgl. BRAMATO, *Templari*, I 70f., 157; II 99, Nr. 106.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 88 c. 1, 3; C. 21 q. 3 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 306f., 855f.); Comp. I 3. 37. 1 = X 3. 50. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 657).

51.

Innocenz III. trägt den Äbten (Stephan) von Clairlieu, (Rudolf) von Beaupré(-en-Lorraine) und (Galo ?) von Cherlieu (?) auf, den Bischof (Matthäus) von Toul, der im Zuge seines Prozesses gegen den Domdekan (Friedrich ?),
 5 welcher ihn der Verschleuderung des Kirchenguts beschuldigt hatte, von päpstlichen delegierten Richtern nach seiner Appellation an den apostolischen Stuhl und obwohl er seinen für den Prozeß an der Kurie bestellten Prokuratoren die Vollmacht entzogen hatte, abgesetzt und exkommuniziert worden war, gegen entsprechende Sicherheiten zu absolvieren und die Parteien oder deren Bevollmächtigte für den 6. Oktober (1206) vor den Papst zu laden.

Rom, St. Peter, 1206 April 18.

Reg. Vat. 7, fol. 84^r—85^r (Nr. 51).

Bréquigny, *Diplomata*, II/1 881, Nr. 51 = Migne, *PL*, 215, 861, Nr. 51. — Potth. *Reg.* 2751.

.. Clariloci¹⁾, .. Bellip(ra)ti²⁾ et .. Cariloci³⁾ abbatibus,
 Tullensis et Bituricensis diocesum⁴⁾.

15

Cum^{b)} dilectus filius Sym(on), Tullensis archidiaconus⁴⁾, germanus et procurator .. Tullensis episcopi⁵⁾, ad sedem apostolicam accessisset, gravem coram nobis proposuit questionem, quod, cum idem episcopus dilectum filium magistrum W., subdiaconum nostrum, super controversia, que inter *
 20 ipsum et dilectum filium .. decanum Tullensem⁶⁾, qui in modum denuntiacionis super dilapidatione ipsum episcopum impetierat, propter quod in eundem venerabilis frater noster .. Remensis archiepiscopus, sancte Romane ecclesie cardinalis, tunc episcopus Prenestinus, apostolice sedis legatus⁷⁾, excommu-

* fol. 85^r

51. ^{a)} Adresse nur am Rande vorgemerkt; fehlt bei Migne. ^{b)} Die Initiale auf Rasur.

25 51. ¹⁾ Stephan, als Abt von Clairlieu (Zist.-Abtei, Diöz. Toul, Dép. Meurthe-et-Moselle) bezeugt 1194, 1205. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 1045.

²⁾ Rudolf, als Abt von Beaupré-en-Lorraine (Zist.-Abtei, Diöz. Toul, Dép. Meurthe-et-Moselle) bezeugt 1200—1210. Vgl. *Dict. HGE* 7 (1934) 235.

30 ³⁾ Vielleicht — obwohl in der Diözese Besançon und nicht Bourges gelegen — ist die Zist.-Abtei Cherlieu, Dép. Haute-Saône, gemeint. Als Abt bezeugt ist 1209 Galo. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 633.

⁴⁾ Simon, Archidiakon von Toul (Suffr. von Trier). Vgl. LA PORTE DU THEIL, *Notice*, 627.

35 ⁵⁾ Matthäus (Maheu) von Bitche, B. von Toul 1198—1210 (abgesetzt; s. Br. XII 149, 150, MIGNE, *PL*, 216, 169f.), gest. 1217. S. Br. V 13, VIII 88 (87); vgl. *Gallia Christiana* XIII 1005 bis 1011; LA PORTE DU THEIL, *Notice*; MARTIN, *Diocèses*, I 208, 268—270, 273f.; POUILL, *Maison ducale*, 45f.; GATZ, *Bischöfe*, 762f.

⁶⁾ Vielleicht der Domdekan von Toul Friedrich „de Bruke“ aus der Familie der Herren von Rosières, bezeugt 1194; vgl. PARISSÉ, *Noblesse et chevalerie*, 427, T. 76; BÖNNEN, *Toul*, 200, Anm. 72 (und nicht, wie irrtümlich in Br. VIII 88 [87] Anm. 10 angegeben, Friedrich von Brixey, Domdekan von Toul 1171, 1186 [vgl. *Gallia Christiana* XIII 1062 C; MARTIN, *Diocèses*, I 259; PARISSÉ, *Noblesse lorraine*, II, T. 25; und DERS., *Noblesse et chevalerie*, 243, Anm. 25; 367]); gest. vor Februar 1207; s. Br. IX 257 (259) S. 437 Z. 4.

⁷⁾ Guido von Paredo, Abt von Val (Zist.-Abtei, Diöz. Paris) vor 1189, Abt von Cîteaux (Diöz. Chalon-sur-Saône) und Oberhaupt des Ordens 1194—1200, (K.-)B. von Palestrina 1200, EB. von

niationis sententiam post appellationem ad nos interpositam promulgarat, emererat, procuratorem statuerit et eum duxerit ad sedem apostolicam destinandum, quia quedam negotia emergentia ipsius iter aliquantulum retardarunt, W. et T. presbiteros dictus episcopus cum litteris procurationis premisit, sed quia de fidelitate ipsorum postmodum dubitavit, mandatum 5 procuratorium per suas studuit litteras revocare. Ipsi vero, licet mandati revocatorias litteras recepissent, in negotio tamen ipso nichilominus processerunt, contra quos merito potest presumi, quod ipsi cum adversariis colluissent, cum contrariam sententiam reportassent et negotium ipsum sub certa forma dilectis filiis I(offrido ?) archidiacono⁸⁾, R(oberto)⁹⁾ penitentiali sancti Victoris⁹⁾, Parisien(sibus), et magistro R(oberto) de Corzon, canonico Nouiomensi¹⁰⁾, delegari a nobis obtinuerit pars adversa¹¹⁾, coram quibus, cum idem episcopus citatus ab eis comparere curasset et nollet ratum habere, quod per procuratores falsos extiterat¹²⁾ procuratum, ab eis inducias postulavit deliberaturus, an cederet aut insisteret questioni⁹⁾. Sed quia dicti iudices 15 eas sibi penitus denegarunt, ad sedem apostolicam appellavit et ab eorum presentia recessit appellans. Porro prefati iudices appellatione contempta nichilominus processerunt et eundem episcopum a Tullensi ecclesia per sententiam removentes et dantes Tullensi capitulo eligendi sibi pontificem liberam facultatem in ipsum excommunicationis sententiam promulgarunt. 20

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus recepta¹⁾ sufficienti ab eodem episcopo cautione ipsum ab excommunicationis vinculo secundum formam ecclesie sublato appellationis obstaculo absolventes tam ipsi quam parti adverse octavas sancti Michaelis proximo venturas¹²⁾ terminum peremptorium prefigatis, quo se nostro conspectui per se vel responsales idoneos representent, ut super questione falsi procuratoris et aliis, si qua forsitan apparuerint inquirenda, quod statuendum viderimus, cognita veritate auctore Domino statuamus.

Quodsi non omnes et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XIII Kal. Maii, anno nono. 30

¹⁾ *Migne*: P. ⁴⁾ *Migne*: extiterit. ⁵⁾ *Am Rande ein kurzer, waagrechter Strich.* ⁶⁾ *Migne*: accepta.

Reims 1204—1206. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 133f.; DERS., *Kardinalskollegium*, 146; DESPORTES, *Fasti III: Reims*, 154—156.

⁸⁾ In Br. VIII 88 (87) S. 162 Z. 22 und IX 257 (259) S. 437 Z. 12 beginnt sein Name mit der Initiale G. Vielleicht Gottfried La Lande, der 1204 und 1205 als Archidiakon von Paris bezeugt ist (GUÉRARD, *Cartulaire Notre-Dame*, I 133, Nr. 153; DE LÉPINOIS—MERLET, *Cartulaire*, II 30, Nr. 171), EB. von Tours 1206—1208. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 99f.; BALDWIN, *Government*, 439.

⁹⁾ Robert von Flamborough, vor 1205 Pönitentiar, vor 1213 Subprior von Saint-Victor (Augustiner-Chorherrenstift in Paris), Verfasser eines „Liber poenitentialis“, gest. vor 1234. Vgl. BONNARD, *St.-Victor de Paris*, I 112, 197, 285, 303; FIRTH, *Robert of Flamborough*, bes. 1—6.

¹⁰⁾ S. Br. IX 23 Anm. 3.

¹¹⁾ Br. VIII 88 (87) vom 7. Juni 1205.

¹²⁾ 6. Oktober 1206.

52.

Innocenz III. befiehlt dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem und den Kanonikern vom Heiligen Grab, im Prozeß zwischen den Patriarchaten Jerusalem und Antiochia um die Erzbistümer Tyrus und Petra bis zum 18. Oktober 1209 Bevollmächtigte an die Kurie zu senden.

Rom, St. Peter, 1206 April 20.

Reg. Vat. 7, fol. 85^r (Nr. 52).

Bréquigny, Diplomata, II/1 882, Nr. 52 = Migne, PL, 215, 863, Nr. 52. — Potth. Reg. 2755; Haluščynskij, Acta Innocentii, 503, Nr. 3.

10 .. **Patriarche Ier(oso)limitano¹⁾, apostolice sedis legato,
et canonicis Dominici Sepulchri²⁾.**

Cum^{a)} olim inter Antiochenam et Ier(oso)limitanam ecclesias super Tiren-
si³⁾ et Petracensi^{b, 4)} archiepiscopatibus questio fuerit diutius agitata et nos
bone memorie .. predecessori tuo⁵⁾, frater patriarcha, et vobis, filii canonici,
15 terminum preemtorium duxerimus prefigendum, infra quem nostro curaretis
vos conspectui presentare⁶⁾ per sufficientes et idoneos responsales, inter
ven(erabilem) f(ratrem) n(ostrum) .. Antiochenum patriarcham⁷⁾ et dictum
predecessorem tuum et vos, filii canonici, talis compositio intercessit, ut iure
salvo ecclesie utriusque pax esset in diebus eorum, ita tamen, quod ipsorum
20 altero viam universe carnis ingresso superstes suam posset actionem libere
interritare.

Quia igitur eodem predecessore tuo, frater patriarcha, sublato de medio
patriarcha prefatus vult coram nobis super hiis experiri de iure, quantum-
cumque Ier(oso)limitanam ecclesiam diligamus et vobis velimus in instanti

vgl. Ios 23, 14;
3Rg 2, 2

25 52. a) *Die Initiale auf Rasur. Am Rande: L.* b) *Migne: Patracensi.*

52. 1) S. Br. IX 28 Anm. 1.

2) Kanoniker vom Heiligen Grab in Jerusalem, die sich nach 1187 in Akkon niedergelassen hatten. Vgl. *DIP* 2 (1975) 148—151; *ELM, Kanoniker.*

3) Erzbistum Tyrus (Libanon), Suffr. von Antiochia, 1137 von Papst Innocenz II. dem Patriarchat Jerusalem unterstellt (*HIESTAND, PU Hl. Land*, 144, Nr. 34; 145, Nr. 35; 149, Nr. 38), dessen südliche Suffragane Akkon, Sidon und Beirut im Königreich Jerusalem lagen, während sich die nördlichen, Tripolis, Tortosa und Biblos, in der Grafschaft Tripolis befanden und praktisch dem Patriarchen von Antiochia gehorchten. Vgl. *ROWE, Papacy; HIESTAND-MAYER, Nachfolge*, 118—121; *ANTWEILER, Bistum Tripolis*, 336—339.

35 4) Erzbistum Petra Deserti (El-Kerak, ht. Jordanien), 1167 als Suffragan von Jerusalem errichtet, 1188 von Sultan Saladin erobert. Vgl. *FEDALTO, Chiesa latina*, II 192.

5) (Haymarus) Monachus, Patriarch von Jerusalem 1194/1195—1202. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 209; *FEDALTO, Chiesa latina*, I 135f.; *HIESTAND-MAYER, Nachfolge*, 109f.; *HAMILTON, Latin Church*, 244—248; *KIRSTEIN, Patriarchen*, 362—395.

40 6) Br. I 505 vom 3. Januar 1199.

7) Peter von Angoulême, lateinischer Patriarch von Antiochia 1196—1208 vor Juli (s. Br. XI 110 [*MIGNE, PL*, 215, 1428]). Vgl. *CAHEN, Syrie du Nord*, 508, 611—613; *HAMILTON, Latin Church*, 214—218; *MAYER, Kanzlei*, I 255—271.

necessitate deferre, quia tamen ecclesie Antiochene in suo iure deesse non possumus nec debemus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus a festo beati Luce proximo venturo⁸⁾ usque ad tres annos, quos vobis pro peremptorio assignamus, sufficienter instructi nostro vos conspectui presentetis per idoneos responsales Antiochene ecclesie super predictis archiepiscopatibus responsuri. Alioquin extunc in ipso negotio, prout viderimus procedendum, auctore Domino procedemus.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XII Kal. Maii, anno nono.

53.

Innocenz III. versichert dem Patriarchen (Peter) von Antiochia, daß er ihm das Versäumen des vierjährlichen ad-limina-Besuchs, für welches er sich wegen vielfältiger Amtsgeschäfte entschuldigt hat, nachgesehen hat.

Rom, St. Peter, 1206 April 22.

Reg. Vat. 7, fol. 85^r (Nr. 53).

Bréquigny, Diplomata, II/1 883, Nr. 53 = Migne, PL, 215, 864, Nr. 53. — Potth. Reg. 2759; Habuščynskij, Acta Innocentii, 503, Nr. 2.

.. Patriarche Antiocheno¹⁾.

Olim^{a)} ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod, cum beatorum apostolorum Petri et Pauli tenearis singulis quadrienniis per te vel nuntium proprium limina visitare²⁾, tu^{b)} id multiplicibus negotiis occupatus instante visitationis tempore omisisti non ex malitia vel contemptu sed oblivione potius, quam occupationum multiplicitas introduxit. Unde cum super hoc a nobis veniam postulasses, nos tibi curavimus intimare, quod offensam, quam ex eo te credideras incurrisse, quia id non contigerat ex contemptu, duxeramus de benignitate sedis apostolice relaxare. Verum dilecti filii B. et A., nuntii tui, proposuerunt in nostra presentia constituti, quod ad te super hoc nostrum beneplacitum non pervenit, quare cum instantia postularunt, ut te super hoc dignemur reddere certiolem. Quocirca presentium insinuatione cognoscas nos offensam, quam incurrisse timebas ex huiusmodi negligentia, de apostolice sedis clementia relaxasse. Tu vero super hoc ita decetero cautus existas, ne contemptor aut negligens valeas apparere.

Datum Rome apud sanctum Petrum, X Kal. Maii, anno nono.

⁸⁾ 18. Oktober 1206.

53. a) *Die Initiale auf Rasur.* b) *Migne:* ut.

53. ¹⁾ S. Br. IX 52 Anm. 7.

²⁾ Vgl. *JL* 6570 (Paschal II.) = Comp. I 1. 4. 21 = X 1. 6. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 50).

54.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Huguccio) von Ferrara auf, dafür zu sorgen, daß Io., der nach Empfang der Weihen bis zur Priesterweihe entdeckt hat, daß er nicht getauft war, und den der Papst durch den (Kardinal-)Bischof N(ikolaus) von Tusculum taufen ließ, die Weihen einschließlich der Priesterweihe empfängt.

Rom, St. Peter, 1206 April 13.

Reg. Vat. 7, fol. 85^r—85^v (Nr. 54).

Bréquigny, *Diplomata*, II/1 884, Nr. 54 = Migne, *PL*, 215, 864, Nr. 54. — *Comp.* III 5. 22. un.; *Bern.* 5. 23. un.; *Coll. Fuld.* 5. 24. un.; *X* 3. 43. 3. — *Poth.* *Reg.* 2749.

10 Vgl. Landau, *Sakramentalität*, 89f.

.. Ferrariensi episcopo¹⁾.

Veniens^{a)} ad apostolicam sedem dilectus filius Io., lator presentium, lacrimabili nobis insinuatione monstravit, quod, cum per singulos ordines usque ad gradum sacerdotii ascendisset, comperit tandem pro certo, quod non fuerat secundum formam Evangelii baptizatus. Unde nos eum per venerabilem fratrem nostrum N(icolaum), Tusculanum episcopum²⁾, rite fecimus baptizari.

Et cum super * ordinibus coram nobis fuisset aliquamdiu disputatum, quidam in eam declinavere sententiam, ut, cum baptismus sit fundamentum sacramentorum³⁾, ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum, quoniam, ubi fundamentum non est, superedificari non potest⁴⁾. Porro cum quis non solum per sacramentum fidei sed per fidem etiam sacramenti efficiatur procul dubio membrum Christi, et qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet utique fundamentum, preter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus, superedificari posse videntur sicut salutifera opera sic et quelibet ecclesiastica sacramenta, cum illud non sit generaliter verum neque de novis neque de veteribus sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum, quoniam et sacramentum coniugii et sacramentum etiam eucharistie a non baptizatis recipi potest⁵⁾;

30 54. ^{a)} Die Initiale auf Rasur. Am Rande ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc est Ex(tra) de presbi(tero) no(n) bap(tizato) (*X* 3. 43. 3).

54. ¹⁾ Huguccio, B. von Ferrara 1190—1210, der bekannte Dekretist. Vgl. MÜLLER, *Huguccio*.

²⁾ Nicolaus, (K.-)B. von Tusculum 1204—1218/1219. Vgl. MAŁECZEK, *Papst und Kardinals-kolleg*, 147—150.

35 ³⁾ Diese Ansicht, die Innocenz III. im folgenden zurückweist, wurde etwa von Prepositinus von Cremona, *Summa* (Ed. PILARCZYK 96 Z. 31), oder auch von Huguccio selbst in seiner *Summa* zum *Decretum Gratiani* (zu *De cons. D. 2 c. 1 v. „In sacramentorum“*, Admont, *Stiftsbibliothek Cod. 7, fol. 421^{vb}*) vertreten.

⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 c. 26 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 369).

40 ⁵⁾ Vgl. *Br.* IV 8 (*Poth. Reg.* 1325) = *Rain.* 40. 15 = *Gilb.* 3. 20. 5 = *X* 4. 19. 8 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 723); *Br.* II 48 (50) = *Coll. Luc.* 100 = *Coll. Berol.* II 39 = *Coll. Hal.* 59 = *Rain.* 40. 13 = *Coll. Valent.* I 3 = *Gilb.* 3. 20. 3 = *Gilb. Brux.* 3. 21. 3 = *X* 4. 19. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 723).

preterea sacramentum ordinis non solum pontificalis sed sacerdotalis etiam et levitici ex institutione sua precessit baptismum, per quod apparet, quod ante baptismum huiusmodi ordines possunt rite conferri, maxime hiis, qui baptizati creduntur. Quid enim, si forsan is, qui baptizatus esse creditur et non est, in episcopum saltem de facto fuerit consecratus, eruntne reordinandi omnes, qui ab eo fuerint ordinati? Et cum de pluribus episcopis nesciatur, an renati fuerint aqua baptismatis, cum hoc nec ipsi reminiscantur nec alii, dubitabitur igitur, an tales sint veraciter in episcopos consecrati? Unde quot et quanta sequantur non solum absona sed absurda, silendum est potius quam dicendum; quia vero in concilio apud Compendium⁶⁾ legitur constitutum^{b)}, quod, si quis in presbiterum ordinatus deprehenderit se baptizatum non esse, baptizetur et iterum ordinetur.

Nos circa latorem presentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est, sequentes⁷⁾ fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum per singulos ordines usque ad sacerdotium promovere procures et permittas eum in sacerdotio ministrare, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum⁸⁾, nec male de sacramento sentitur, cum illud non religionis contemptus sed articulus necessitatis excludit⁹⁾. Et certe de illo, qui natus de Christianis parentibus^{c)} inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter presumitur, quod fuerit baptizatus, ut hec presumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur^{d)}.

Datum Rome apud sanctum Petrum, Id(us) Aprilis, anno nono.

55.

Innocenz III. befiehlt dem Archidiakon (Gottfried ?) von Paris, dem Pönitentiarius (Robert) von Saint-Victor in Paris und dem Magister R(ober) von Courson, Domkanoniker von Noyon, den der Verschleuderung des Kirchengutes angeklagten Bischof (Matthäus) von Toul gemäß dem früher an sie ergangenen Mandat von der durch den Kardinallegaten (Guido) von Palestrina verhängten Exkommunikation zu absolvieren und, falls die Zeugenaussagen im Verfahren noch

^{b)} *Migne*: institutum. ^{c)} *Migne* fügt hinzu: et. ^{d)} *Migne*: probetur.

⁶⁾ *Decretum Gratiani* C. 1 q. 1 c. 60 = Comp. I 5. 35. 1 = X 3. 43. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 380, II 648).

⁷⁾ Vgl. WALTHER, *Proverbia*, II/2 441, Nr. 11759e; bei Innocenz III. findet sich die Wendung auch in De missarum mysteriis IV, 24 (MIGNE, *PL*, 217, 873 C) und in Br. III 86 (*Pothl.* 1002; Dr.: JANICKE, *UB Hildesheim*, I, Nr. 553, S. 532 Z. 37).

⁸⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* De cons. D 1. c. 16 § 1; D. 4 c. 112, 113 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1298, 1396f.).

⁹⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* De cons. D. 4 c. 34 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1373); *JL* 8272 (Innocenz II.) = Comp. I 5. 35. 2 = X 3. 43. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 648); s. auch Petrus Lombardus, Sentenzen, IV, 4, 4, Nr. 3 (II 255f., bes. 256 Z. 5f.). Vgl. Br. I 381 Bd. 1 S. 576 Z. 33—35.

nicht publiziert sind, dem Bischof einen Termin für die Restituierung des entfremdeten Kirchengutes zu setzen, seinen Reinigungseid darüber, daß er nicht wissentlich als Exkommunizierter zelebriert hat, entgegenzunehmen und ihn in sein Amt wiedereinzusetzen; andernfalls alle Unterlagen des Prozesses dem Papst
5 zu übermitteln.

Rom, St. Peter, 1206 April 16.

Reg. Vat. 7, fol. 85^v—86^r (Nr. 55).

Bréquigny, *Diplomata*, II/1 885, Nr. 55 = Migne, *PL*, 215, 866, Nr. 55. — Potth. *Reg.* 2750.

10 .. **Archidiacono¹⁾ et .. penitentiali sancti Victoris²⁾, Parisien(sibus),
et magistro R(oberto) de Corzon, canonico Nouiomensi³⁾.**

Cum olim .. Tullensis episcopus⁴⁾ super quibusdam excessibus delatus fuerit coram nobis, venerabili fratri nostro .. Remensi archiepiscopo, tunc episcopo Prenestino, in partibus illis apostolice sedis legato⁵⁾, et dilecto filio .. abbati sancti Benedicti, Metensis diocesis⁶⁾, sub expressa forma direximus
15 scripta nostra⁷⁾; qui sane legatus, etsi composuerit inter partes, quia tamen apud eum fuit renovata querela, illum a temporalium amministrazione suspendit et postmodum excommunicationi subiecit pro eo, quod suspensionis
20 sententiam non servavit. Preterea cum quidam accusaturi eum ad presentiam nostram accesserint et⁸⁾ alii defensuri, nos diligenter auditis, que partes proponere voluerunt, et cognito, quod dictus legatus rite processerat contra
30 ipsum, discretioni vestre mandavimus, ut predictam suspensionis sententiam faceretis auctoritate nostra firmiter observari procuratorem idoneum statuentes, qui negotia episcopatus Tullensis interim ministraret, episcopo
25 tamen in iustis et moderatis expensis congrue provisurus, dum causam huiusmodi contingeret ventilari; et quoniam productioni testium a neutra parte renuntiatum extiterat, nos attestaciones receptas vobis clausas remisimus
nichilominus iniungentes, quod prefatum episcopum secundum formam ecclesie ab excommunicationis vinculo absolvere curaretis ac reciperetis testes,
30 quos utraque pars duceret producendos, vobisque dedimus formam expressam, qualiter inantea procedere deberetis nullis obstantibus litteris preter assensum partium a sede apostolica impetratis⁸⁾.

55. ^{a)} Fehlt bei Migne.

55. ¹⁾ S. Br. IX 51 Anm. 8.

²⁾ S. Br. IX 51 Anm. 9.

35 ³⁾ S. Br. IX 23 Anm. 3.

⁴⁾ S. Br. IX 51 Anm. 5.

⁵⁾ S. Br. IX 51 Anm. 7.

⁶⁾ Martin, als Abt von Saint-Benoît-en-Woëvre (Zist.-Abtei, Diöz. Metz, Dép. Meuse) bezeugt 1201—1210. Vgl. DENAIX, *Chartes de Saint Benoît au Woëvre*, I f., 16, 45—112, Nr. 8—10,
40 15, 20, 25, 31—35, 41 f., 63.

⁷⁾ Br. V 13 vom 28. März 1202.

⁸⁾ Br. VIII 88 (87) vom 7. Juni 1205.

Cupientes autem non tam persone quam ecclesie providere, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus eundem episcopum iuxta prioris commissionis tenorem ab excommunicationis vinculo absolvatis et, si nondum usque ad publicationem testium processistis, prefigatis ei terminum competentem, infra quem ea, que sunt alienata per ipsum 5 de bonis ecclesie vel distracta, revocet ad proprietatem ipsius, prout est nobis ex parte sua per dilectum filium Sym(onem), Tullensem archidiaconum, germanum ac procuratorem ipsius⁹⁾, firmiter repromissum, et recipi faciatis ab eo coram venerabili fratre nostro .. Cabilonensi episcopo¹⁰⁾ et dilecto filio .. abbate Macerensi¹¹⁾ apud Lingonas¹²⁾ cum duobus episcopis et tribus abbatibus purgationem canonicam, quod post excommunicationis sententiam latam in eum in contemptum ecclesiastice discipline divina nullatenus officia celebrarit, sed eo forsitan, quod appellationis obtentu, quam interposuisse se asserit, se tutum esse credebat¹³⁾. Ipsi autem purgatione prescripto modo
 * fol. 86^r recep*ta ipsum omni contradictione et appellatione cessantibus ad spiritualia restituere non tardetis nobisque per vestras curetis litteras intimare, quod super hoc duxeritis faciendum. Quodsi processistis in tantum, ut depositiones sint testium publicate, universa redigentes in scriptis totum processum negotii nobis fideliter transmittatis.
 Quodsi non omnes et cetera. 20
 Datum Rome apud sanctum P(etrum), XVI Kal. Martii, anno nono.

56.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Bernhard) von Maurienne, dem Propst (Hugo) von Ulzio und dem Dekan von Aiton auf, den Laien Bonevardus, der für die verschuldete Abtei S. Michele della Chiusa eine Schuld von 80 Pfund tilgte und dafür mit einem Gut belehnt wurde, notfalls mit kirchlichen Strafen zu zwingen, das Gut gegen Ersatz der Pfandsomme und seiner Unkosten zurückzugeben. 25

Lateran, 1206 März 29.

Reg. Vat. 7, fol. 86^r (Nr. 56).

Bréquigny, Diplomata, II/1 886, Nr. 56 = Migne, PL, 215, 868, Nr. 56; Collino, Carte, 239, Nr. 230. — Comp. III 3. 13. 2; Bern. 3. 15. 3; X 3. 13. 11. — Poth. Reg. 2729. 30

⁹⁾ S. Br. IX 51 Anm. 4.

¹⁰⁾ Robert, B. von Chalon-sur-Saône (ht. Autun, Suffr. von Lyon) ca. 1185—1216. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 299.

¹¹⁾ Guido (I.) von Plamben, als Abt von Maizières (Zist.-Abtei, Diöz. Chalon-sur-Saône, ht. Dijon, Dép. Côte-d'Or) bezeugt 1187—1210. Vgl. *Gallia Christiana* IV 1031.

¹²⁾ Langres.

¹³⁾ S. Br. IX 40 Anm. 16.

.. **Episcopo Maurianensi¹⁾ et .. preposito Vleicensi²⁾ et .. decano Hetton(ensi)^{a, 3)},
Taurin(ensis) et Maurianensis diocesum.**

| **Ad^{b)}** nostram noveritis audientiam pervenisse, quod, cum Clusin(um) monasterium depressum esset onere maximo debitorum, dilecti filii .. abbas et conventus⁴⁾ eiusdem villam, que Iauen⁵⁾ vulgariter appellatur, necessitate coacti Boneuardo laico concesserunt in feudum tali conditione apposita, quod idem laicus octoginta libras persolveret, pro quibus eadem villa extiterat obligata; quod idem non distulit effectui mancipare. Verum quia prefatum monasterium est, sicut dicunt, enormiter in hoc lesum, eo quod de redditibus ville prefate conventus diebus singulis unum ferculum et in festis duodecim lectionum pisces vel aliud equivalens percipere consuevit, nobis humiliter supplicarunt, ut feudum predictum faceremus ad utilitatem monasterii revocari, presertim cum idem laicus primo anno de ipsius fructibus ultra summam receperit pretaxatam et per multos postmodum annos sumpserit eius fructus.

Nos igitur sic volentes gravaminibus prefati monasterii providere, quod alii non videamur iniuriam irrogare, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita plenius veritate, si predictum monasterium propter hoc inveneritis enorme dispendium incurrisse, sepedictum laicum, ut pecunia^{c)}, quam pro exhoneratione predicti feudi seu etiam pro utilitate ipsius monasterii noscitur expendisse, ab eisdem abbate ac conventu recepta, cum sibi fructus percepti hactenus sufficere debeant pro labore, prefatum feudum eidem monasterio dimittat liberum et quietum, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita co(mpellatis).

Nullis litteris veritati et cetera. Quodsi non omnes et cetera, tu ea, frater et cetera.

Datum Laterani, IIII Kal. Aprilis, anno nono.

56. ^{a)} *Migne*: Heltonensi. ^{b)} *Am Rande*: dec(retalis), ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de rebu(s) eccl(es)ie no(n) alie(nandis) (X 3. 13. 11). ^{c)} pecunia(m). *Die Emendation schon bei Migne*.

56. ¹⁾ S. Br. IX 9 Anm. 3.

²⁾ Hugo, als Propst von Ulzio (Oulx) (Augustiner-Chorherrenpriorat, Diöz. Turin, ht. Susa, Prov. Turin) bezeugt 1199—1212. Vgl. COLLINO, *Carte*, S. XVI, 217, Nr. 208; 245, Nr. 236.

³⁾ S. Br. IX 9 Anm. 1.

35 ⁴⁾ Peter (II.), als Abt von S. Michele della Chiesa (Ben.-Abtei, Diöz. Turin, ht. Susa, Prov. Turin) bezeugt 1200—1212. Vgl. CLARETTA, *Storia*, 34—38; *Dict. HGE* 13 (1956) 178. COLLINO, *Carte*, identifiziert die Abtei irrtümlich mit S. Giusto in Susa.

⁵⁾ Giaveno, Diöz. und Prov. Turin. Vgl. CASIRAGHI, *Diocesi di Torino*, 94. Am 11. April 1216 bestätigte Innocenz III. der Abtei S. Michele della Chiesa in einem Privileg unter anderem den Besitz der „villa Gavenni cum ecclesiis“: CANCIAN—CASIRAGHI, *Vicende*, Nr. 12, S. 172; am 5. Februar 1209 bestätigte Graf Thomas von Savoyen die 1103 durch Umberto II. erfolgte Schenkung von Giaveno an S. Michele: *ibid.* 160, Nr. 6.

57.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Peter) und dem Archidiakon von Sens auf, den Bischof (Robert) und das Domkapitel von Langres zu zwingen, dem bereits von Papst Coelestin III. providierten T. alle ihm zustehenden täglichen Einkünfte und bei erster Gelegenheit eine Pfründe im Domkapitel von Langres anzuweisen, nachdem er die vom Kardinallegaten (Guido) von Palestrina verfügte Regelung kassiert hat, derzufolge T. nur einen Teil der täglichen Zuwendungen für die Teilnahme am Chordienst und die Expektanz auf die siebente freierwerdende Pfründe erhielt.

Rom, St. Peter, 1206 April 19. 10

Reg. Vat. 7, fol. 86^r—86^v (Nr. 57).

Bréquigny, Diplomata, II/1 887, Nr. 57 = Migne, PL, 215, 869, Nr. 57. — Comp. III 3. 5. 6; Bern. 3. 7. 6; Add. ad Dunelm. IV 17; Coll. Fuld. 3. 5. 11; X 3. 5. 19. — Potth. Reg. 2754.

.. Archiepiscopo¹⁾ et .. archidiacono²⁾ Senonen(sibus).

Dilectus^{a)} filius T., canonicus Lingonensis, in nostra proposuit presentia 15
 constitutus, quod, cum de mandato bone memorie C(elestini) pape, predecessoris nostri³⁾, G(arnerius), quondam Lingonensis episcopus⁴⁾, quondam prebendam assignarit eidem in ecclesia Lingonensi et eadem sibi per predictum predecessorem nostrum fuerit confirmata, quia capitulum Lingonense ipsum ad eandem prebendam recipere contempnebat, dilecti filii ..^{b)} Clareuall(ensis)⁵⁾ 20
 et .. Longiuadi⁶⁾ abbates auctoritate predicti predecessoris nostri, cum nollet aliquatenus a contradictione cessare, ipsum supposuerunt ecclesiastico interdicto. Postmodum autem ad presentiam nostram accedens ad dilectos filios .. Melundensem⁷⁾ et .. Quinciencensem⁸⁾ abbates obtinuit scripta nostra, sed

57. ^{a)} Am Rande ein senkrechter roter Strich, ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 25
 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de preb(endis) Dil(e)ct(us) i(n) p(ri)m(o) (X 3. 5. 19).

^{b)} Gemipunctus nachträglich eingefügt.

57. ¹⁾ S. Br. IX 40 Anm. 17.

²⁾ Vielleicht Milo, der 1203 als Archidiakon von Sens bezeugt ist (vgl. GUÉRARD, *Cartulaire Notre-Dame*, I 64, Nr. 64), oder Manasses von Seignelay, Archidiakon von Sens und von Auxerre, 30
 B. von Orléans 1207—1221 (vgl. LEBEUF, *Mémoires Auxerre*, I 367, 369; BALDWIN, *Government*, 439).

³⁾ Papst Coelestin III. (1191—1198).

⁴⁾ Garnerius (II.) von Rochefort, B. von Langres (Suffr. von Lyon) 1193—1198. Vgl. ROUSSEL, *Langres*, I 107. 35

⁵⁾ Guido, Abt von Clairvaux 1193—1213, gest. 1214. Vgl. *Dict. HGE* 12 (1953) 1053f.

⁶⁾ Arnald, als Abt von Longuay (Zist.-Abtei, Diöz. Langres, Dép. Haute-Marne) bezeugt 1195—1198, oder Radulf (I.), bezeugt 1162—1195 (resigniert), gest. 1198. Vgl. ROUSSEL, *Langres*, II 35.

⁷⁾ Ben.-Abtei Molosmes, Diöz. Langres, Dép. Yonne. Als Äbte sind bezeugt: Godoin 1204 40
 und Hugo (II.) 1208—1220. Vgl. *Gallia Christiana* IV 721; ROUSSEL, *Langres*, III 334.

⁸⁾ Oliver, als Abt von Quincey (Zist.-Abtei, Diöz. Langres, ht. Sens, Dép. Yonne) bezeugt 1202—1215. Vgl. *Gallia Christiana* IV 831; ROUSSEL, *Langres*, III 309.

cum per eos suam non potuisset iustitiam obtinere, nos venerabili fratri nostro .. Remensi archiepiscopo, sancte Romane ecclesie cardinali, tunc episcopo Prenestino, apostolice sedis legato⁹⁾, sicut asserit, dedimus in mandatis, ut predictam interdicti sententiam, sicut rationabiliter fuerat promulgata, face-
 5 ret appellatione postposita firmiter observari. Verum cum idem archiepiscopus negotium prorogaret et idem post labores multiplices fere de promovendo ipso negotio desperasset deficiens in expensis, ad instantiam archiepiscopi memorati et auctoritate ipsius talis inter eundem T. ex una parte et venerabilem fratrem nostrum R(obertum) episcopum¹⁰⁾ et dilectos filios canonicos,
 10 Lingonenses, ex altera compositio intercessit, quod ipso ab eodem capitulo per manum predicti archiepiscopi recepto in canonicum et in fratrem et concesso sibi stallio in choro et participatione qualibet divinorum¹¹⁾ idem fructus prebende alicuius eiusdem ecclesie percipere non deberet nisi loco septime vacature.

15 Licet autem memoratum archiepiscopum sincera diligamus in Domino caritate ipsiusque velimus honori deferre, quia tamen in hiis, que contra canonicas sanctiones¹²⁾ attemptata noscuntur, ei deferre nec volumus nec debemus, quod ab eo illicite factum est in hac parte, duximus irritandum, quod licite factum est, approbantes.

20 Cum ergo dictum T. in canonicum recipi et in fratrem canonicis non obviet institutis et vacaturam expectare prebendam Lateranensi concilio¹³⁾ non sit dubium obviare, nos illicito reprobato quod est licitum approbantes, quia videtur indignum, ut is, qui receptus est in canonicum, prebende beneficio defraudetur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus
Testes autem et cetera. Nullis litteris veritati et cetera. Quodsi non omnes et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VII Idus Maii, anno nono.

70.

Rechtsauskunft für den Bischof (Konrad) von Halberstadt: Der Ehekonsens zwischen einem Mädchen und einem Adeligen seiner Diözese hat eine gültige Ehe begründet, auch wenn diese nicht vollzogen wurde, falls das Mädchen zu diesem Zeitpunkt 12 Jahre alt und ehedfähig war; ansonsten handelte es sich nur um ein Verlöbniß und ihre später eingegangene Ehe ist auch zu Lebzeiten des ersten Verlobten gültig.

Rom, St. Peter, 1206 Mai 10.

Reg. Vat. 7, fol. 90^r—90^v (Nr. 70).

Bréquigny, Diplomata, II/1 901, Nr. 70 = Migne, PL, 215, 890, Nr. 70. — Comp. III 4. 2. 2; Bern. 4. 2. 2; X 4. 2. 14. — Poth. Reg. 2775.

.. Episcopo Halb(er)stadensi¹⁾.

(I) Tue^{a)} nobis exhibite littere continebant, quod quidam vir nobilis .. filiam suam circiter duodecim annos habentem cuidam viro nobili desponsavit, qui subarravit eandem consensu mutuo accedente, sed nuptiis aliquantum prorogatis .. pater puelle viam est universe carnis ingressus; eo autem rebus humanis exempto .. puelle avunculus supradicte ipsam alteri matrimo-

vgl. Ios 23, 14:
3Rg 2, 2

69. ^{a)} ipsos. *So auch Migne.*

30

⁶⁾ Vgl. Codex I. 22. 5 (Ed. KRUEGER 75); *Decretum Gratiani* C. 25 q. 2 p. c. 16 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1015).

70. ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.: de spon(satione) inpube(rum) (X 4. 2. 14), und eine Klammer.*

70. ¹⁾ S. Br. IX 42 Anm. 1.

35

nio copulavit, et ille, qui prius desponsarat eandem, cum ipsius matre contraxit. Tuus autem predecessor²⁾ attendens, quod cum ea non poterat permanere, cuius filiam legitime desponsarat, inter eos divorcii sententiam promulgavit. Postmodum autem mortuo viro secundo, qui supradictam
 5 puellam duxerat in uxorem, ipsa se tertio copulavit illo vivente, qui eam primitus desponsarat. Ceterum tam ipsa quam vir^{b)} idem te duxerunt humiliter consulendum, utrum licite simul valeant commorari. Tu vero deliberatione habita respondisti, quod sponso primo vivente alteri non potuit legitime copulari³⁾, sed quia tua ecclesia postulavit, ut super hoc apostolicam sedem
 10 consuleres, procedere ulterius distulisti nobis humiliter supplicans, ut super hoc tibi rescribere^{c)} dignaremur.

Quia vero per ea, que superius sunt expressa, nobis non potuit pro certo constare, cuius etatis esset puella, cum primo viro extitit desponsata, cum dicatur, quod circiter duodecim annos habebat, utrumve prudentia tunc in
 15 illa suppleret etatem⁴⁾, fraternitati tue taliter respondemus, quod, si puella tunc nubilis erat etatis et inter eam et primum virum legitimus intervenit de presenti consensus, absque dubio inter eos legitimum matrimonium est contractum, etsi carnalis commixtio non fuerit subsecuta. Si vero puella nubilis etatis non erat, cum sepefatus vir desponsavit eandem, et etatem * in ea * fol. 90^r
 20 prudentia non supplebat, procul dubio inter eos non coniugium sed sponsalia contracta fuerunt, quamvis ab ipso viro eadem puella fuerit subarrata. Quocirca si iuxta primum modum matrimonium cum illo contraxit, eo vivente non potuit rite cum alio fedus contrahere coniugale. Quodsi iuxta modum secundum sponsalia solummodo contracta fuerunt, coniugium, quod inter
 25 illam et alium extitit celebratum, debet legitimum reputari, dummodo aliud canonicum non obsistat.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VI Idus Maii, anno nono.

71.

Innocenz III. stellt dem Grafen R(ichard) von Fondi in Aussicht, den Vertrag, den dieser mit Jakob und Deodatus Frangipane über eine Unterstützung gegen die Bewohner von Terracina und die dafür geforderte Vergütung schließen möchte, hinsichtlich des Anteils der Frangipane anzuerkennen.

Ferentino, 1206 Mai 30.

^{b)} Fehlt bei Migne. ^{c)} Migne: scribere.

35 ²⁾ S. Br. IX 60 Anm. 12.

³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 27 q. 2 c. 50 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1077).

⁴⁾ Vgl. *JL* 13969 (Alexander III.) = Comp. I 4. 2. 12 = X 4. 2. 9 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 676).

Reg. Vat. 7, fol. 90^r (Nr. 71).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 902, Nr. 71 = Migne, PL, 215, 891, Nr. 71. — Poth. Reg. 2784; BFW **5963.*

Nobili viro R(iccardo), comiti Fundan(o)¹⁾.

Ex parte dilectorum filiorum virorum nobilium Iacobi et Deodati Fraia- 5
pan(is)²⁾ fuit propositum coram nobis, quod tu eos contra Terracinenses
promittis viriliter^{a)} adiuvare, ita quod eosdem Terracinenses compelles
nostris et ipsorum nobilium parere mandatis³⁾, dummodo Saltum⁴⁾, quem
ipsorum patribus et patruis concessisti, tibi renuntient et in expensarum
recompensatione^{b)} concedant piscariam de Varcis^{c. 5)} et duas sassones in flu- 10
mine Ligole⁶⁾ constitutas. Quocirca presentium insinuatione congno-
scas, quod conventionem, quam super hiis cum predictis nobilibus feceris, qua^{d)}
tenus^{d)} illos de iure contingunt, ratam habebimus, quantum ad ipsorum per-
tinet portionem.

Datum Ferentini, III Kal. Iunii, anno nono. 15

71. ^{a)} *Migne*: utiliter. ^{b)} *Migne*: compensatione. ^{c)} *Migne*: Varcis. ^{d-d)} *Migne*: quatenus.

71. ¹⁾ Richard (II.) von Aquila, Graf von Fondi 1186—1213/1214. Vgl. *DBI* 37 (1989) 220—224. Die Handlungsweise des Grafen ist wahrscheinlich im Zusammenhang mit seiner Anerkennung der Regentschaft des Papstes im Regno zu sehen. Vgl. NEUMANN, *Parteibildungen*, 202f. mit Anm. 893. Vgl. auch LACKNER, *Verwaltung*, 181f. 20

²⁾ Aus der stadtrömischen Familie der Frangipane: Giacomo di Giovanni, bezeugt 1194 bis 1206, 1199 Senator, gest. vor 1209, und Deodato di Roberto, bezeugt 1204—1224. Vgl. THUMSER, *Frangipane*, 150 mit Anm. 138; DERS., *Adel*, T. auf S. 114f.

³⁾ Der langwierige Konflikt zwischen der Kommune Terracina (Prov. Latina, Latium) und den Signorie-Bestrebungen der Frangipane (vgl. CONTATORE, *Historia*, 52—58, 166—181; FALCO, *Studi*, 461—464, 535—541; BIANCHINI, *Terracina*, 143—152; LACKNER, *Verwaltung*, 169—173; THUMSER, *Adel*, 112f.) wurde durch das Eingreifen Innocenz' III. und seine Entscheidung (Br. VI 204 [206] vom 19. Januar 1204 und Br. VI 205) nicht beendet. In der Familie Frangipane optierten Giacomo und Deodato mit dem Papst und Graf Richard von Fondi für eine militärische Lösung, während Manuel, Oddone und Pietro Frangipane am 18. März 1207 einen Vertrag mit der Kommune Terracina schlossen (CONTATORE, *Historia*, 178—181; FALCO, *Studi*, 540f., Anm. 733), welcher auf Abmachungen von 1185 zurückgriff und dem die andere „Fraktion“ der Familie Frangipane wohl ebenfalls betrat. 30

⁴⁾ Tenuta del Salto, vielleicht nach dem „bosco del Salto“ zwischen Lago di Fondi und Küste benannt. Vgl. FALCO, *Studi*, 535, Anm. 715; AMANTE-BIANCHI, *Memorie*, 5. 35

⁵⁾ Die Hälfte der „piscaria de Barchis“ restituierten die Terracinesen im Vertrag von 1207 (oben Anm. 3) den Frangipane.

⁶⁾ Fluß Ligula, mündet in den Lago di Fondi. Vgl. AMANTE-BIANCHI, *Memorie*, 3. — In einer Verkaufsurkunde vom 23. November 1301 (Riccardo Annibaldi überläßt u. a. seinen Besitz in und bei Terracina Pietro II. Caetani) werden „octo partes fluminis Liguli“ und „quartam partem piscarie de Barchis“ genannt: CAETANI, *Regesta*, I, Nr. 1133, S. 227.

72.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Lothar) von Vercelli auf, päpstliche Briefe, die unter Mißachtung der Zuständigkeit der consules iustitie in Prozessen gegen die Konsuln und die Kommune von Vercelli impetriert werden, für nichtig zu erklären, sofern sich diese vor dem weltlichen Gericht zu verantworten bereit sind. Hingegen ist die Anrufung des bischöflichen oder päpstlichen Gerichts auf dem Weg der Appellation gestattet, insbesondere wegen des Fehlens einer weltlichen Appellationsinstanz durch die Thronvakanz im Reich, ferner wenn die consules iustitie durch gewählte Schiedsrichter der Befangenheit überführt werden.

10

Ferentino, 1206 Mai 31.

Reg. Vat. 7, fol. 90^r (Nr. 72).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 902, Nr. 72 = Migne, PL, 215, 892, Nr. 72. — Comp. III 2. 2. 1; Bern. 2. 2. 1; X 2. 2. 10. — Potth. Reg. 2785; BFW *5964.*

Vgl. Caron, Giurisdizione ecclesiastica, 362—364.

15

.. **Episcopo^{a)} Vercellensi^{a) 1).}**

| Licet^{b)} ex suscepto^{c)} servitutis officio simus omnibus in iustitia debitores, sic tamen in iure suo nos quibusdam convenit providere, ne aliis iniuriam facere videamur et — quod absit — inde sumatur materia scandali, unde provida debet consideratione sedari. Ex insinuatione sane dilectorum filiorum consulum²⁾ et communis Vercellen(sium) nos noveris accepisse, quod, cum de singulis questionibus, que mote fuerint contra eos coram consulibus iustitie³⁾, iuxta consuetudinem approbatam velint cuilibet conquerenti iustitie plenitudinem exhibere, quidam, ut eorum iurisdictionem evacuent et fatigent eos laboribus et expensis super rebus, que iudicium ecclesiasticum non contingunt, litteras apostolicas impetrant et sic preter iurisdictionem consulum, quam enervant, eos cogunt multipliciter laborare. Volentes igitur sic eorum utilitati consulere, ne patiamur aliorum iustitiam deperire, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, siquando tales litteras super rebus precipue, que forum seculare requirunt, a sede apostolica contigerit impetrari, eas sublato appellationis obstaculo decernas auctoritate nostra inutiles et inanes, dummodo dicti consules et commune de se conque-

72. ^{a-a)} *Migne*: Vercellensi episcopo. ^{b)} *Am Rande*: LXX, und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de fo(ro) (com)pe(tenti) (X 2. 2. 10). ^{c)} *Migne*: suscepto.

72. ¹⁾ S. Br. IX 41 Anm. 1.

35 ²⁾ In den ersten Jahren des 13. Jhs., bis 1208, wechselten Podestà und Konsuln an der Spitze der Kommune Vercelli; als Konsuln der 2. Jahreshälfte 1205 und der ersten Jahreshälfte 1206 zwischen 2 Podestaten sind bezeugt: Ubertus de Puteo, Dromon de Tizone, Raynerius Advocatus, Petrus de Bondonno, Manfredus Bicherius, Gervasius Caroxius. Vgl. MANDELLI, *Comune di Vercelli*, III 273.

40 ³⁾ Die „consules iustitiarum“, in Vercelli bezeugt seit 1167, kontinuierlich seit den 80er Jahren des 12. Jhs., und zuständig für die Zivilgerichtsbarkeit. Vgl. KOCH, *Statutengesetzgebung*, 40 mit Anm. 111.

rentibus in iudicio seculari exhibeant iustitie complementum⁴⁾. Liceat tamen ipsis, qui cum eis taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint pregravari, ad tuam, sicut haecenus est servatum, vel ad nostram, si maluerint, audientiam appellare, hoc presertim tempore, quo vacante imperio⁵⁾ ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui a superioribus in sua iustitia opprimuntur. Si vero consules iustitie tamquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis de causa suspicionis agatur⁶⁾, que^{d)} si probata fuerit esse iusta, ad te vel ad nos pro iustitia recurratur, sicut superius est expressum.

Datum Ferentini, II Kal. Iunii, anno nono.

10

73.

Innocenz III. befiehlt dem Kapitel von Saint-Yrieix(-la-Perche) aufgrund des Devolutionsrechts, den Magister P., Kleriker des (Kardinal-)Bischofs (Nikolaus) von Tusculum, als Kanoniker aufzunehmen und ihm das Amt des Dekans zu übertragen. Sollten die Kanoniker sich weigern, hat er den Erzbischof (Wilhelm ?) von Bordeaux beauftragt, sie mit kirchlichen Strafen dazu zu zwingen.

Ferentino, 1206 Juni 7.

Reg. Vat. 7, fol. 90^r (Nr. 73).

Bréquigny, Diplomata, II/1 903, Nr. 73 = Migne, PL, 215, 892, Nr. 73. — Potth. Reg. 2794.

Capitulum sancti Aredii¹⁾.

20

vgl. 2Cor 11, 28

Ex iniuncto nobis incumbit apostolatus officio, ut, cum ecclesiarum omnium curam et sollicitudinem gerere teneamur, eis, que per ministrorum defectum tam in spiritualibus quam temporalibus sustinent detrimentum, de personis faciamus idoneis provideri, et illis nichilominus per ecclesias consulatur, qui ascripti militie clericali ecclesiis, a quibus obtinuerint beneficia, sciunt et possunt utiliter deservire, ut sic et ecclesiis in personis et personis in ecclesiis vicissitudine mutua consulamus.

^{d)} *Migne*: qui.

⁴⁾ Das Verbot, mit Hilfe von Papstbriefen die kommunale Gerichtsbarkeit zu umgehen, wurde 1207 aufgezeichnet und 1229 in die Statuten der Kommune Vercelli aufgenommen: ADRIANI, *Statuta*, § 352, Sp. 1225; vgl. KOCH, *Statutengesetzgebung*, 83 mit Anm. 326. 281; auch MANDELLI, *Comune di Vercelli*, I 200f.; CARON, *Giurisdizione ecclesiastica*, 364.

⁵⁾ Seit dem Tod Kaiser Heinrichs VI., 1197, durch den deutschen Thronstreit zwischen Philipp von Schwaben und Otto von Braunschweig.

⁶⁾ S. Br. IX 9 Anm. 4.

35

73. ¹⁾ Kollegiatkapitel Saint-Yrieix-la-Perche, Diöz. Limoges, Dép. Haute-Vienne.

Sane ad nostram noveritis^{a)} audientiam pervenisse, quod tamdiu vacavit in vestra ecclesia decanatus²⁾, quod ipsius donatio ad nos est secundum statutum Lateranensis concilii³⁾ devoluta. Nos igitur volentes eidem ecclesie paterna sollicitudine providere, universitati vestre per apostolica scripta
 5 mandamus atque precipimus, quatinus, si verum est, quod asseritur, dilectum filium magistrum P., clericum venerabilis fratris nostri .. episcopi Tusculanensis⁴⁾, moribus et litterarum scientia commendandum, recipientes in canonicum et in fratrem ipsi decanatum predictum cum pertinentiis suis et honoris plenitudine liberaliter assignetis, ut dictus episcopus, qui tanto magis
 10 vobis poterit existere fructuosus, quanto in ecclesia Dei maiorem locum noscitur obtinere, ad dilectionem vestram valeat fortius animari^{b)} et nos devotionem vestram possimus in Domino commendare. Alioquin venerabili fratri nostro .. Burdegalensi archiepiscopo⁵⁾ per nostras damus litteras in preceptis, ut, sicut eidem iniunximus viva voce, vos ad id per censuram
 15 ecclesiasticam sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo cognita veritate compellat.

Datum Ferentini, VII Idus Iunii, anno nono.

74.

*Innocenz III. teilt dem König (Andreas) von Ungarn, der für seinen Schwager, den Dompropst (Berthold von Bamberg), um Bestätigung der Wahl zum Erzbischof von Kalocsa und um das Pallium gebeten hat, mit, daß er den Erzbischof (Eberhard) und den Dompropst (Albert) von Salzburg beauftragt hat, zu untersuchen, ob Bildung und Alter des Elekten den kanonischen Bestimmungen entsprechen, und daß er diesen bestätigen wird, wenn er annäherungsweise den
 20 Anforderungen entspricht. Einstweilen gestattet er ihm ohne Präjudiz die Verwaltung des Erzbistums.*

Ferentino, 1206 Juni 7.

Reg. Vat. 7, fol. 90^v—91^r (Nr. 74).

Bréquigny, Diplomata, II/1 903, Nr. 74 = Migne, PL, 215, 893, Nr. 74. — Potth. Reg. 2793.

30 **73.** ^{a)} Migne: noveris. ^{b)} -i auf Rasur.

²⁾ Zur unklaren Reihenfolge der Dekane von Saint-Yrieix vgl. LECLER, *Dictionnaire Haute-Vienne*, 759; LEROUX, *Chronologie*, 590, 608.

³⁾ Conc. Lat. III, c. 8 (COD³ 215) = Comp. I 3. 8. 2 = X 3. 8. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 488) und EBERS, *Devolutionsrecht*, 171—178, 204—209.

35 ⁴⁾ S. Br. IX 54 Anm. 2.

⁵⁾ Vielleicht bereits Wilhelm (II.) von Genf, als EB. von Bordeaux bezeugt 1207—1227 (vgl. *Gallia Christiana* II 820—822), da für seinen Vorgänger Elias von Malemort, EB. von Bordeaux seit 1182, der 19. März 1206 als Todesdatum bezeugt ist und der Papst am 31. Oktober 1205 (Br. VIII 151 ([150]) seine Absetzung befohlen hatte. Vgl. *Gallia Christiana* II 819f.; Bernard
 40 Itier, *Chronique*, 34, c. 127; 165, Anm. 7.

.. Illustri regi Vngarie¹⁾.

* fol. 91r * (I) Coram^{a)} illo fatemur, ante quem non est tutum mentiri, quod personam tuam de corde puro et conscientia bona et fide non ficta diligimus et ad honorem et profectum tuum, quantum cum Deo possumus, efficaciter aspiramus, volentes te scire pro certo, quod nullam apud nos patieris repulsam, 5 in quo deberemus alium quemcumque principem exaudire. Verum et illud te nolimus ignorare, quod ex apostolice servitutis officio ad faciendum iudicium ita sumus astricti, ut absque cauterio conscientie ac periculo fame non possimus divertere ad dexteram vel sinistram, cum non possit abscondi lucerna super candelabrum constituta, illud semper habentes pre oculis, quod 10 de nobis Veritas protestatur: «Vos estis sal terre; quodsi sal evanuerit, in quo salietur? Ad nichilum valet ultra, nisi ut foras mittatur et ab hominibus conculcetur».

Licet igitur affectuosas nobis preces porrexeris pro dilecto filio .. preposito, germano .. coniugis tue²⁾, in archiepiscopum Colocensem electo³⁾, ut ei^{b)}, 15 quem in archiepiscopali officio tibi et regno tuo utilem ac necessarium fore confidis, munus confirmationis^{c)} conferre ac donum pallei transmittere dignemur, quia tamen Apostolus docet, ut manus cito nemini imponamus, videlicet antequam de ipso per examinationem canonicam habeamus certitudinem plenioram, et nos de ipsius prepositi litteratura et etate simus incerti, quin etiam probabiliter dubitemus, petitionem regiam in hac parte non statim potuimus executioni mandare, cum secundum legem divinam⁴⁾ in eo et litteratura sufficiens et etas legitima requiratur. Quia tamen, quantum honeste possumus, tuis concurrere desideriis affectamus, facimus ad presens, quod possumus, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo⁵⁾ et dilecto filio .. preposito⁶⁾, Salzeburgen(sibus), dando per nostras litteras in mandatis, ut de litteratura et etate ipsius diligenter inquirant et, quod invenerint, fidei nobis

74. ^{a)} Die Initiale wurde beim farbigen Ausmalen ausgelassen und später mit brauner Tinte nachgetragen. ^{b)} Migne: eum. ^{c)} Migne: consecrationis.

74. ¹⁾ S. Br. IX 60 Anm. 11.

²⁾ Berthold von Andechs, Bruder der ungarischen Königin Gertrud von Andechs-Meranien (1200 mit Herzog Andreas verheiratet, gest. 1213), 1203 Dompropst von Bamberg (als sein Bruder Ekbert [s. Br. IX 14 Anm. 1] Bischof wurde), 1206/1207—1218 EB. von Kalocsa-Bács, 1209 Ban von Kroatien, Dalmatien und Slawonien; 1212 Woiwode von Transsylvanien; 1213 Graf von Bács und Bodrog; 1218—1251 Patriarch von Aquileia. S. Br. X 39 (MIGNE, PL, 215, 1132), 177 (ebd. 1266). Vgl. SWEENEY, *Papal-Hungarian Relations*, 193—208; KOSZTOLNYIK, *Hungary*, 41f., 47; OKOLIŠ, *Patriarch Bertholds Rolle*.

³⁾ Das Erzbistum Kalocsa war vakant, nachdem der EB. Johannes (s. Br. IX 75 Anm. 1) im Oktober 1205 nach Esztergom transferiert worden war: s. Br. VIII 140 (139), 141 (140) vom 6. und 14. Oktober 1205.

⁴⁾ *Decretum Gratiani* D. 51 c. 5; D. 77 c. 6 § 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 205, 273f.); Conc. Lat. III, c. 3 (COD³ 212) = Comp. I I. 4. 16 = X I. 6. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 51f.).

⁵⁾ S. Br. IX 60 Anm. 1.

⁶⁾ Albert (I.), als Dompropst von Salzburg bezeugt 1204—1211. Vgl. HAUTHALER—MARTIN, *Salzburger UB*, III R 262 (Index).

insinuatione rescribant, quatinus per eorum relationem certiores effecti securius procedere valeamus, serenitati tue presentibus litteris intimantes, quod, si litteratura non solum eminens sed saltim competens in eo fuerit inventa et etas non solum perfecta, sed perfectioni saltim propinqua fuerit
 5 in ipso reperta, usque adeo voluntati tue immo necessitati magis satisfacere cupimus, quin potius providere, ut, nisi tantus fuerit in utraque defectus, quod non debeat tolerari, temperato rigore cum ipso curabimus dispensare. Alioquin non nostre duritie sed ipsius insufficientie poterit imputari, cum nervos ecclesiastice discipline licet aliquando flectere, numquam tamen rum-
 10 pere debeamus. Equanimiter autem pro necessitate Colocensis ecclesie sustinemus, si tam in spiritualibus quam temporalibus interim amministret, ita ut hoc in posterum ad consequentiam non trahatur.

Datum Ferentini, VII Idus Iunii, anno nono.

75.

15 *Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Johannes) von Esztergom und dem Bischof (Catapanus) von Eger auf, dem Palatin (Mog) von Ungarn und seiner Frau, die behaupten, trotz des Ehehindernisses der Schwägerschaft unangefochten schon viele Jahre mit Nachkommenschaft zusammenzuleben, bei Richtigkeit ihrer Angaben Dispens zu erteilen und aufzutragen, die Ehe fortzusetzen.*

20

Ferentino, 1206 Juni 7.

Reg. Vat. 7, fol. 91^r (Nr. 74).

Bréquigny, Diplomata, II/1 904, Nr. 75 = Migne, PL, 215, 894, Nr. 75. — Potth. Reg. 2791; Knausz, Monumenta, I 183, Nr. 172.

.. Strigoniensi archiepiscopo¹⁾ et .. episcopo Agriensi²⁾.

25 | **Ex parte dilecti filii nobilis viri .. comitis palatini Vngarie³⁾ nostro est apostolatui nuntiatum, quod, cum olim nobilem mulierem ... que ipsum secundo genere affinitatis et gradu secundo contingit, in facie ecclesie nullo contradicente sibi matrimonialiter copulasset ignorans, quod huiusmodi affinitatis necessitudo posset matrimonium impedire⁴⁾, postmodum saniori
 30 usus consilio, ne pefatam mulierem in anime sue dispendium in suo consortio retineret, sedis apostolice misericordiam censuit implorandam, ut ex nostre**

75. ¹⁾ Johannes, EB. von Esztergom (Gran) 1205—1223, zuvor EB. von Kalocsa—Bács 1202 bis 1205. Vgl. SWEENEY, *Esztergom Election Dispute*.

²⁾ Catapanus, B. von Eger (Erlau) (Suffr. von Esztergom) 1198—1216. Vgl. SWEENEY, *ibd.*,
 35 120, Anm. 20.

³⁾ Mog, Palatin von Ungarn 1188, 1192—1194, 1198—1199 (als Parteigänger Herzog Andreas' des Amtes enthoben), 1206—1207; 1206 auch Obergespan von Bihar und Ödenburg. Vgl. WERTNER, *Ungarns Palatine*, 131f.; KOSZTOLNYIK, *Hungary*, 5; 18, Anm. 48.

⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 35 q. 2 et 3 c. 12 (FRIEDBERG, *CorPIC*, I 1267).

dispensationis auctoritate mulierem retinere valeat memoratam. Quedam preterea nobis fuere suggesta, propter que dispensationis beneficium solet facilius optineri, quia scilicet cohabitaverunt simul multis annorum curriculis iam elapsis, quod etiam in diebus suis uterque processit et sobolem ex illa copula susceperunt nec possent sine gravissimo scandalo separari, cum nullus contra idem matrimonium appareat accusator. Quia vero nobis non constitit de premissis, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si premissis veritas suffragatur, eisdem auctoritate nostra dispensationis gratiam impendentes mandetis, ut insimul decetero libere permaneant et licenter.

Datum Ferentini, VII Idus Iunii, anno nono.

5

10

76.

Innocenz III. befiehlt allen Erzbischöfen, Bischöfen, Prälaten und Fürsten in Ungarn, dem zu erwartenden Nachkommen des Königs (Andreas) auf dessen Geheiß den Treueid zu leisten; andernfalls sollen sie der Erzbischof (Johannes) von Esztergom und der Bischof (Simon) von Oradea dazu zwingen.

15

Ferentino, 1206 Juni 7.

Reg. Vat. 7, fol. 91^r—91^v (Nr. 75).

Bréquigny, Diplomata, II|1 905, Nr. 76 = Migne, PL, 215, 895, Nr. 76. — Potth. Reg. 2792; Knausz, Monumenta, I 183, Nr. 171.

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelati et principibus per Vngariam constitutis.

20

Cum pater et filius interpretatione iuris eadem persona fingantur¹⁾, satis probabiliter subinfertur, quia, quos pater retinet in visceribus caritatis, eosdem filius et diligere debeat et fovere. Carissimus siquidem in Christo filius noster .. illustris rex Vngarorum²⁾ quam circumspecta provisione inceperit disponere regno^{a)} suo^{a)} regnique principes quanta dilectionis exhibitione studeat honorare, vos ipsi eo certius nostis, quo frequentius vobis et vestris munificentie sue subsidia benignus^{b)} impendit, per quod est verisimiliter * presumendum, quod soboles, que divina disponente clementia subcrescet ex ipso, quoad strenuitatem morum et regendi sollicitudinem paternam debeat providentiam imitari. Ideoque universitatem vestram monemus et exhortamur in Domino per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus proli^{c)}, que regi nascetur eidem, quod auctore Domino futurum speratur in proximo³⁾,

25

30

* fol. 91^v

76. ^{a-a)} *Migne*: regnum suum. ^{b)} *Migne*: benignus. ^{c)} *Migne*: soboli.

76. ¹⁾ Codex 6. 26. 11. 1 (Ed. KRUEGER 260); *Decretum Gratiani C.* 35 q. 2 et 3 p. c. 21 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1269).

²⁾ S. Br. IX 60 Anm. 11.

³⁾ Andreas' und Gertruds ältester Sohn Bela (IV., König von Ungarn 1235—1270), wurde im November 1206 geboren. Vgl. *BLGS* I (1974) 174—176.

iuramentum fidelitatis ad mandatum patris ipsius sine difficultate prestetis. Alioquin noveritis nos venerabilibus fratribus nostris .. Strigoniensi archiepiscopo⁴⁾ et⁴⁾ .. episcopo Waradiensi⁵⁾ in mandatis dedisse, ut vos⁶⁾, cum opus fuerit, ad id districtione, qua convenit, appellatione remota compellant.

5 Datum Ferentini, VII Idus Iunii, anno nono.

77.

Innocenz III. trägt allen Erzbischöfen, Bischöfen, Äbten und anderen Prälaten auf, Exkommunizierte und Interdizierte, die in den Templerorden eintreten wollen, auf Wunsch der Templer unter Beobachtung der kirchlichen Vorschriften zu
10 *absolvieren.*

Ferentino, 1206 Juni 3.

Reg. Vat. 7, fol. 91^r (Nr. 76).

Bréquigny, Diplomata, II/1 905, Nr. 77 = Migne, PL, 215, 895, Nr. 77. — Poth. Reg. 2788.

15 .. **Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelati,
ad quos littere iste pervenerint.**

Dilectis filiis fratribus militie Templi nobis significantibus est relatam, quod, licet quidam excommunicationis vel interdicti sententiis innodati ab invio cupiant ad viam veritatis redire atque eorum collegio aggregari, ut in eorum domibus Dei servitio sedulum impendere servitium elaborent et contra inimicos crucis Christi suam militiam valeant exercere, ipsos tamen recipere non attemptant et sic velut iumenta putrida huiusmodi delinquentes in suo stercore computrescunt. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum ab eisdem fueritis requisiti, ab huiusmodi excommunicatis recepta iuxta formam ecclesie cautione ac iniuncto ipsis, quod
20 de iure fuerit iniungendum, eisdem absolutionis beneficium impendatis et sic permittatis eosdem³⁾ liberos et absolutos e seculo fugientes¹⁾ ad predictorum fratrum religionis observantiam transmigrare.

Datum Ferentini, III Non. Iunii, anno nono.

⁴⁾ *Migne: etc.* ⁶⁾ nos. *Die Emendation schon bei Migne.*

30 ⁴⁾ S. Br. IX 75 Anm. 1.

⁵⁾ Simon, als B. von Oradea (Nagy-Várad, Großwardein) (Suffr. von Kalocsa) bezeugt 1204—1217. Vgl. PRAY, *Specimen*, II 162f.

77. ³⁾ *Migne: eisdem.*

35 77. ¹⁾ Ein Anklang an das allgemeine Privilegienformular für Klöster (TANGL, *Kanzleiordnungen*, 230, § 7), doch fehlt die entsprechende Bestimmung im Privileg „Omne datum optimum“ für den Templerorden. Vgl. HIESTAND, *PU Templer*, II 96—103, bes. 98.

78.

Innocenz III. teilt dem Bischof (Grimerius) und dem Klerus von Piacenza mit, daß die Konsuln und Räte von Piacenza, die in den Gehorsam der Römischen Kirche zurückkehren wollen, den dafür erforderlichen Eid leisten können, auch ohne das Einverständnis und die Teilnahme des Fulco Radinus, dem sie sich eidlich verpflichtet haben, ohne seine Zustimmung keinen Frieden zu schließen, und der nur einen Eid mit Einschränkungen, welchen der Papst jedoch ablehnt, mitzuschwören bereit ist.

Ferentino, 1206 Juni 10.

Reg. Vat. 7, fol. 91^r (Nr. 77).

Empfängerüberlieferung: Original Piacenza, Archivio Capitolare della Cattedrale, brevi, cass. III, Nr. 28.

Bréquigny, Diplomata, II|1 906, Nr. 78 = Migne, PL, 215, 896, Nr. 78. — Poth. Reg. 2802.

.. **Episcopo¹⁾ et clero Placentin(is)^{a)}.**

| **Ex** litteris vestris accepimus evidentem, quod consules et consiliarii Placentini reatum proprium cognoscentes ad mandatum apostolice sedis redire cupiunt humiliter et devote²⁾, propter quod gaudemus in eo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, et cristallum suam sicut frustrum panis emittit, dum diuturne^{b)} contumacie malitia congelatos ad refugium matris ecclesie requirendum provocat et inducit. Verum cum prefati consules Fulconi Radin(o)³⁾ iuramento teneantur astricti, ne ad concordiam veniant sine ipso, nec ipse vult eis dare licentiam neque iurare nisi tali tenore, ut nullum fiat sibi mandatum vel, si factum fuerit, observare minime teneatur, nos rogastis instanter, ut iuramentum ipsius hoc modo suscipere^{c)}

vgl. Ez 18, 23;
33, 11
vgl. Ps 147, 17

78. ^{a)} Adresse am Rande vorgemerkt. ^{b)} Migne: diurnae. ^{c)} -ip(er)- auf Rasur.

78. Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photographie des Originals):

14: .. Episcopo — Placentin(is)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis clero Placentin(is) salutem et apostolicam benedictionem.

78. ¹⁾ Grimerius, Crimerio della Porta, Zisterzienser, Abt von Quartazzola, B. von Piacenza (Suffr. von Mailand) seit 1199; 1208 wurde ein Suspensionsverfahren gegen ihn eingeleitet (Br. XI 175, Migne, PL, 215, 1486), gest. 1210. Vgl. ALBERZONI, *Cenobio*, 163—168; DIES., *Difesa*, 60—64 (898—905).

²⁾ Zum Konflikt zwischen dem Papst und der Kommune Piacenza, der seinen Ausgang von der Besteuerung des Klerus durch die Kommune und dem Exil des Bischofs 1204 nahm, s. die Br. VII 173, 174, 175, 224, 225; IX 131, 166, 167 (167, 168), 168 (169); X 64; XI 175 (Migne, PL, 215, 1160f., 1486—1489); CAMPI, *Piacenza*, II 380, Nr. 56, 57 (= Migne, *ebd.*, 1331—1334, Nr. 222); Codagnello, *Annales*, 30f., 31 Z. 21—26; vgl. SOMMERLECHNER, *Innocenz*, 278f.; ALBERZONI, *Difesa*, 52—59 (882—895).

³⁾ Fulco Radinus, 1191, 1198, 1200, 1204 (im Jahr des Ausbruchs des Konflikts zwischen B. und Kommune: Codagnello, *Annales*, 30 Z. 21), 1212 als Konsul von Piacenza, 1188 als „consul iustitie“, 1205 als „consul negotiatorum“, weiters 1210, 1217, 1219 bezeugt; vgl. FALCONI-PEVERI, *Registrum*, ad indicem; BULLA, *Famiglie*, 573f.; ALBERZONI, *Difesa*, 53 mit Anm. 131 (885, Anm. 131).

dignaremur, quo et ipsis aperiatur hostium evadendi et universa civitas propter unum solum hominem in interitum non labatur; profitentur etiam ipsi se scire, quod iuramentum preter formam ecclesie⁴⁾ prestitum non est tale, ut propter hoc ipse posset absolutionis beneficium obtinere.

5 Licet autem nostri propositi non existat cuiquam iniungere, maxime sub debito iuramenti, nisi quod iustum sit et honestum, nolumus tamen formam iuramenti mutare, quam reges et principes consueverunt ecclesie in huiusmodi articulo exhibere, nequando forsan ad consequentiam traheretur, et quia fallere nolumus neque falli, captiosum nolumus recipere iuramentum, per
10 quod nos aut alii circumveniri possemus; porro cum iuramentum non debeat esse iniquitatis vinculum⁵⁾ nec per illud aliquis ad illicitum obligari, insinuatione vobis presentium respondemus, quod absque nota et noxa periurii possunt predicti consules illo etiam contradicente iurare, cum ipse malitiose nolit in hoc suum eis prestare consensum, et nos eos sine ipso parati sumus
15 recipere secundum formam ecclesie consuetam.

Datum Ferentini, IIII Idus Iunii, anno nono.

79.

*Innocenz III. trägt dem Erzbischof B(lasius) von Torres auf, zu untersuchen, im wievielten Grad der Richter von Arborea, Hug(o) von Bas, und die Tochter
20 (Preziosa) des Markgrafen von Massa und Richters von Cagliari W(ilhelm) verwandt sind und ob aus der Ehe zwischen beiden der Römischen Kirche und Sardinien Nutzen erwachsen würde, und ihm darüber zu berichten.*

Ferentino, 1206 Juni 9.

Reg. Vat. 7, fol. 91^r—92^r (Nr. 78).

25 *Bréquigny, Diplomata, II/1 906, Nr. 79 = Migne, PL, 215, 897, Nr. 79. — Potth. Reg. 2797; Scano, Codice, I 23, Nr. 36.*

B(lasio), Turritano archiepiscopo¹⁾.

Ex^{a)} litteris dilecti filii nobilis viri W(ilhelmi), marchionis Masse, iudicis Calaritani²⁾, nos noveris accepisse, quod, cum quandam filiam suam dilecto

30 1: hostium] ostium. 16: anno nono] pontificatus nostri anno nono.

⁴⁾ Es handelt sich um den Eid des zu Absolvierenden, sich dem Urteil des zuständigen Richters zu unterwerfen. Vgl. *JL* 13967 (Alexander III.), 15749 (Urban III.) = *Comp.* I 5. 34. 15, I. 2. 8 = X 5. 39. 10, 12 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 892); HOLTZMANN, *Kanonistische Ergänzungen*, Nr. 119.

35 ⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 22 q. 4 c. 22 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 881).

79. ^{a)} *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

79. ¹⁾ Blasius, EB. von Torres (ht. Sassari) 1202—1214/1217; davor päpstlicher Subdiakon und Notar der Römischen Kirche. Vgl. *DBI* 10 (1968) 1—3; TURTAS, *Storia*, 850.

²⁾ S. Br. IX 20 Anm. 3.

filio nobili viro Hug(oni) de Basso, iudici Arborensi, maritali disposuisset federe copulare³⁾, vulgaris rumor in partibus illis insonuit, quod dictus Hug(o) filiam predicti iudicis linea consanguinitatis contingit, propter quod prenominatus W(illelmus) tamquam vir catholicus et Deum timens ad apostolicum duxit oraculum recurrendum, ut, qualiter super hoc facto cum se- 5
cura conscientia procedere debeat, per nostram possit responsionem plenius edoceri; adiciens etiam, quod, si matrimonium ipsum pervenerit ad effectum, ad magne ecclesie Romane ac totius Sardinie proveniet commodum et profectum, presertim cum bonum pacis speretur exinde non modicum proven- 10
tuum.

* fol. 92^r Ideoque fraternitati tue per * apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis ante presentiam tuam, qui propter hoc fuerint evocandi, de premissis inquiras diligentius veritatem, et in quoto gradu consanguinitatis se dicte persone contingant et si tantum bonum ex hac re proventurum credatur, nobis per tuas litteras fideliter intimare procures, ut per tuam relationem 15
instructi securius in ipso negotio, prout expedire viderimus, procedamus.

Datum Ferentini, V Idus Iunii, anno nono.

80.

*Innocenz III. trägt dem Kardinaldiakon J(ohannes) von S. Maria in Via Lata als päpstlichem Legaten auf, das Augustiner-Chorherrenpriorat St. Petroc in Bodmin zu einer Abtei zu erheben, sofern er die Voraussetzungen dafür gegeben 20
sieht.*

Ferentino, 1206 Juni 11.

Reg. Vat. 7, fol. 92^r (Nr. 79).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 907, Nr. 80 = Migne, PL, 215, 897, Nr. 80. — Potth. Reg. 2803; 25
Cheney, Calendar, 710.*

³⁾ Wilhelm von Massa, Richter von Cagliari, der 1196 mit pisanischer Hilfe das Iudikat Arborea (ht. Oristano, Prov. Cagliari) erobert hatte und von da an auch als Richter von Arborea regierte, vermählte seine Tochter Preziosa (gest. vor 1230; vgl. *Genealogie di Sardegna* 129, T. XXVIII; 344, Nr. 9) mit Hugo-Poncio (I.) von Bas (gest. ca. 1211; vgl. SCANO, *Serie*, 69—71; 30
Genealogie di Sardegna 381f.), welcher seit 1192 bis zur Eroberung durch Wilhelm von Massa gemeinsam mit Peter (I.) von Serra (gest. vor 1200) das Iudikat von Arborea innehatte und welchem Wilhelm von Massa anlässlich der Heirat die Hälfte des Iudikats als Mitgift überließ. S. auch Br. X 143 (MIGNE, *PL*, 215, 1242) und vielleicht zur gleichen Ehe oder mit einer anderen Tochter Wilhelms von Massa Br. III 206 (35) (*Poth. Reg.* 1174; Dr.: MIGNE, *PL*, 214, 917f.); vgl. 35
MOORE, *Sardinia*, 97f.; ARTIZZU, *Sardinia pisana e genovese*, 110f.

**I(ohanni), sancte Marie in Vialata diacono cardinali,
apostolice sedis legato¹⁾.**

Prior et canonici regulares ecclesie sancti Petroci de Bomin(a)²⁾ nobis humiliter supplicarunt, ut prioratum eorum, qui ecclesie Romane censualis existit³⁾, de benignitate sedis apostolice in abbatiam convertere dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus de statu prioratus ipsius inquirens diligentius veritatem, si videris hoc ad honorem Dei sine iuris preiudicio alieni posse fieri ac ipsi ecclesie expedire, prioratum ipsum in abbatiam appellatione remota provehere non omittas.

10 Datum Ferentini, III Idus Iunii, anno nono.

81.

Innocenz III. nimmt die Kirche S. Maria Monte della Guardia und ihren Besitz in den päpstlichen Schutz.

Ferentino, 1206 Juni 10.

15 *Reg. Vat. 7, fol. 92' (Nr. 80).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 907, Nr. 81 = Migne, PL, 215, 898, Nr. 81. — Potth. Reg. 2801.

**Angel(ice)^{a)} fundatrici et fratribus ecclesie sancte^{b)}
Marie Montis de Gardia^{c, 1)}.**

20 Iustis petentium desideriis et cetera usque inclinati, ecclesiam ipsam cum omnibus bonis, que inpresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis Deo propitio poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus²⁾.

Nulli ergo omnino hominum et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, IIII Idus Iunii, anno nono^{d)}.

25 **80.** ¹⁾ S. Br. IX 26 Anm. 1.

²⁾ St. Petroc in Bodmin (Augustiner-Chorherrenpriorat, Diöz. Exeter, Gft. Cornwall). Vgl. KNOWLES-HADCOCK, *Medieval Religious Houses*, 138, 148; JANKULAK, *Cult*, bes. 136—139.

³⁾ S. Br. VI 115 Bd. 6 S. 199 Z. 24—26. Vgl. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 224b mit Anm. 3.

30 **81.** ^{a)} *Migne*: Angelae. ^{b)} s(an)c(t)e über der Zeile nachgetragen. ^{c)} Adresse am Rande vorge-
merkt, durch die Bindung größtenteils verdeckt. ^{d)} anno.

81. ¹⁾ Monte della Guardia, ht. Madonna di S. Luca, bei Bologna, von der Bologneserin Angelica (gest. 1242/1244; vgl. BENATI, *Chiesa*, bes. 54f.) 1192 als Frauenkongregation und Einsiedelei gegründet. Vgl. VASINA, *Chiesa*, 118; FOSCHI, *Ordini religiosi*, 477f.; BENATI, *Chiesa*, passim.

35 ²⁾ S. auch FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 101a.

82.

Innocenz III. teilt dem Klerus und Volk von Alessandria seine Entscheidung in ihrem Prozeß gegen Stadt und Kirche von Acqui mit: Er vereinigt unter Rücknahme der Transferierung des Bischofssitzes von Acqui nach Alessandria durch Papst Alexander (III.) die Kirchen von Alessandria und Acqui, sodaß künftig ein Bischof beiden Diözesen vorstehen soll, und erläßt Verfügungen hinsichtlich der Trennung der Agenden beider Kirchen, der Siegelführung des Bischofs, der Spendung von Sakramenten und der Feier von Hauptfesten, der Parität bei der Residenz des Bischofs, der Burgen und der Privilegien der Kirche von Acqui und der Bischofswahl, verbietet die Anmaßung von Hoheitsrechten einer Kirche oder Stadt über die andere und eine gleichzeitige Mitgliedschaft in beiden Kapiteln und droht beim Bruch seiner Regelung den Verlust des Bischofssitzes an.

Ferentino, 1206 Juni 8.

Reg. Vat. 7, fol. 92'—92" (Nr. 81).

Empfängerüberlieferung: Dr. nach dem verlorenen und damals bereits beschädigten Original des a pari-Briefes (IX 83) an Acqui (Arch. Capitolare Catted. Aless., Monumenta diversa 1005—1582, tom. 1): Gasparolo, Cartario, II 100, Nr. 264.

Bréquigny, Diplomata, II/1 907, Nr. 82 = Migne, PL, 215, 898, Nr. 82. — Potth. Reg. 2795.

Clero et populo Alexandrinis^{a. 1)}.

Cum^{b)} beatus Petrus apostolus ab ipso Iesu Christo acceperit plenitudinem ecclesiastice potestatis, dubitari non debet, quin apostolice sedis antistes, qui beati Petri successor existit, de rebus ecclesiasticis disponendi plenam et liberam habeat facultatem, ipsa sibi Veritate dicente: «Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis». Ex hac ergo supreme^{c)} potestatis prerogativa processit, quod felicis memorie Alexander papa, predecessor noster, attendens fervorem devotionis et fidei, quam ei Alexandrinus populus tempore gravis et grandis necessitatis exhibuit²⁾, apostolice sedis auctoritate decrevit, 30 ut, quoniam Alexandrina civitas longe maior est et populosior quam Aquen-

Mt 16, 18f.

82. ^{a)} Adresse am Rande vorgemerkt, durch die Bindung größtenteils verdeckt. ^{b)} Auf fol. 92' längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{c)} Migne: suprema.

82. Empfängerüberlieferung (kollationiert mit dem a pari-Brief an Acqui nach dem Druck bei Gasparolo):

19: Clero et populo Alexandrinis] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Aquensibus. 23: et liberam habeat] habeat et liberam. 27: supreme] superne. 28: noster] fehlt. 31: Alexandrina] Alexandrinorum.

82. ¹⁾ Alessandria, Lombardei.

²⁾ In den Konflikten des Papsttums und der Kommunen mit Kaiser Friedrich I. Vgl. OPLL, 40 Stadt, 186—190.

sis, episcopalis sedes de illa, cuius diocesi^{d)} est contigua, transferretur ad istam³⁾. Vos itaque per honorabiles nuntios tam clericos quam laicos ad nostram presentiam destinatos suppliciter postulastis, ut, quod idem predecessor noster provida deliberatione decreverat^{e)}, nos eius vestigiis inherentes
5 faceremus executioni mandari⁴⁾.

Volentes autem in tanto negotio cum debita maturitate procedere, prius duximus inquirendum, utrum id absque^{f)} gravi scandalo sortiri posset effectum⁵⁾, et quoniam ex huiusmodi translatione non solum Aquensis civitas⁶⁾ sed etiam Papiensis⁷⁾, que ipsius defensionem susceperat, scandalizari plurimum videbatur, nos utriusque partis procuratoribus in nostra^{g)} presentia^{g)} constitutis plenam concessimus audientiam. Qui cum super hoc coram nobis cepissent multipliciter altercari, partes nostras interposuimus ad concordiam, statutum predicti predecessoris nostri taliter moderantes, ut Alexandrinam et Aquensem ecclesias uniamus, presenti privilegio statuentes, quatinus
15 unus et idem sit pontifex utriusque, unam et eandem pontificalem sedem obtinens in utraque.

Ne autem unio confusionem inducat, ad discernendum specialiter inter eas ita duximus salubriter decernendum, ut negotia et cause, que ad ecclesiam spectant Aquensem, episcopus agat cum consilio Aquensium clericorum,
20 que autem ad laicos, cum consilio laicorum infra civitatem Aquensem vel eius diocesim in loco tam ipsis laicis quam eidem episcopo idoneo et securo; que vero pertinent ad Alexandrinam ecclesiam, cum Alexandrini capituli gerat assensu. Habeat autem duplex sigillum ab una parte continens imaginem et litteras Aquensis episcopi, ab altera vero Alexandrini. Cumque idem
25 episcopus scripserit de Aquensibus rebus aut personis Aquensibus, scribat se tantum Aquensem; porro cum scripserit de aliis rebus aliisque personis, si fuerit in Alexandrina diocesi, scribat se tantum Alexandrinum, si vero fuerit in Aquensi diocesi, scribat se tantum Aquensem, et e converso, ut, cum eiusdem sint dignitatis, neutri per alteram derogetur. Crisma vero uno anno
30 conficiat apud unam ecclesiam et alio apud alteram. Similiter faciat de bap-

d) *Migne*: diocesis. e) *Migne*: decreverit. f) *Migne fügt hinzu*: aliquo. g-h) *Migne*: presentia nostra.

2: Vos] Ipsi. 3: postulastis] postularunt. 8: Aquensis] vestra. 9: ipsius] Aquensis civitatis.

35 3) Papst Alexander III. (1159—1181) bestimmte um 1175 die Transferierung des Bischofsitzes von Acqui nach Alessandria: *IP VI/2 202*, Nr. 1. Vgl. PISTARINO, *Alessandria*, 27f.; FIASCHINI, *Fondazione*, 498—500; ALBERZONI, *Ugo Tornielli*, 174—176.

4) Die Delegation des miles Rufinus Scacavel (s. Br. IX 94 Anm. 4) und des Presbyters Anselm Anfang 1205; s. Br. VIII 53 vom 13. Mai 1205, Bd. 8 S. 91 Z. 18—S. 92 Z. 5.

40 5) Br. VIII 53 an die päpstlichen Delegaten, den B. Obizzo von Tortona und den Kanoniker Bonusiohannes von Vercelli; s. auch deren Bericht: GASPAROLO, *Cartario*, II 106, Nr. 267.

6) Zum Widerstand der Aquenser, zu dessen Wortführer der Dompropst Anselm wurde, vgl. ALBERZONI, *Ugo Tornielli*, 177—180.

7) Acqui war traditionell mit Pavia verbündet, Alessandria mit Mailand, Piacenza und
45 Tortona. Zu bewaffneten Konflikten zwischen Alessandria und Pavia vgl. ALBERZONI, *Ugo Tornielli*, 180, Anm. 36.

* fol. 92^v tismo. Maiores vero sollempnitates eque distribu*at inter illas, ut quas uno anno celebraverit apud unam, altero celebret apud alteram. Proprias autem solummodo celebret apud^{h)} illam^{h)}, cuius sunt solummodo speciales. Ordinationes vero clericorum, qui pertinent ad Aquensem ecclesiam, in Aquensi faciat civitate vel eius diocesi, loco tamen idoneo et securo. Apud utramque 5 ecclesiam vel eius diocesim saltim per anni medietatem moretur, nisi forte necessitas, que legem non habet⁸⁾, exigat interdum aliter faciendum.

Castra vero Aquensis ecclesie, que tenet episcopus, per homines fideles et non suspectos Aquensibus faciat custodiri, et si forte — quod absit — inter Alexandrinos et Aquenses scandalum oriretur, homines illorum castrorum 10 non iuvent Alexandrinos adversus Aquenses, nisi esset causa episcopi specialis. Nolumus enim, ut propter hanc unionem altera ecclesiarum aut etiam civitatum auctoritatem vel potestatem, iurisdictionem aut dominationem habeat super reliquam, ne, quod ad unitatem provisum est, in contrarium aliquando convertatur. 15

Cum autem episcopus ex hac luce migraverit, predictarum ecclesiarum canonici conveniant apud alteram, de qua inter se poterunt concordare, vel apud alium quemlibet locum et, quem omnesⁱ⁾ concorditer aut maior et sanior pars unius ac maior et sanior pars alterius elegerint in episcopum, eius electio per Mediolanensem archiepiscopum⁹⁾ confirmetur, dummodo nichil obsistat 20 ei de canonicis institutis. Si vero secundum hanc formam convenire nequiverint, aut eligant electores, qui eis episcopum eligant recipiendum ab omnibus sic electum, aut ad sedem apostolicam dirigant procuratores idoneos, per quos recipiant in episcopum, quem Romanus pontifex eis duxerit concedendum. De primo autem accessu episcopi consecrati ad alterutram predictarum 25 ecclesiarum aut etiam civitatum hoc statuimus observandum, ut, sicut episcopi sibi successerint, ita vices alternent, quatinus, cum^{j)} unus^{j)} post consecrationem suam primo receptus fuerit apud unam, reliquus postmodum recipiatur primitus apud reliquam invidia penitus relegata, ita dumtaxat, ut in hiis, que in utraque ecclesia debet facere alternatim, incipiat ab Aquensi. 30

Prohibemus ergo, ne quis in utraque predictarum ecclesiarum decetero fiat canonicus aut persona, ne propter hoc possit aliqua confusio generari. Privilegia vero et alia scripta, que pertinent ad Aquensem ecclesiam, in secretario ipsius ecclesie reponantur.

Licet autem utriusque partis^{k)} procuratores in nostra presentia constitui prescriptam formam duxerint acceptandam, quia tamen privilegium metretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate¹⁰⁾, statuimus, ut si forsitan 35

^{h-h)} *Fehlt bei Migne.* ⁱ⁾ *Migne: omnis.* ⁱ⁻ⁱ⁾ *cu(m) teilweise auf Rasur; Rasur über un-*
^{k)} *Migne: patris.*

6: saltim] saltem. 13: iurisdictionem] iurisdictionem. 24: eis] *fehlt.* 34—36: secretario 40
— acceptandam] secretario ... [*schadhaft*] acceptandam.

⁸⁾ S. Br. IX 3 Anm. 4, 7.

⁹⁾ Der Erzbischof von Mailand.

¹⁰⁾ S. Br. IX 21 Anm. 9.

Aquenses contra statutum istud venire contempserint, nisi ad commonitionem Romani pontificis sue correxerint presumptionis excessum, episcopalis sedes de Aquensi civitate, sicut prefatus predecessor noster decrevit, in Alexandriam transferatur. Si vero Alexandrini contra idem statutum excesserint, nisi ad commonitionem Romani pontificis satisfecerint de excessu, prescrip-
5 te unionis vinculum dissolvatur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire, salva semper in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona sciens contra hoc privilegium temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo exami-
15 ne districte subiaceat ultioni. Cunctis autem illud servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen¹⁾, amen.

Datum Ferentini per manum Ioh(ann)is, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii¹¹⁾, VI Idus Iunii, indictione
20 VIII^a, incarnationis Dominice anno M^oCC^oVI^o, pontificatus vero donni Innocentii pape III anno nono.

¹⁾ *Stilisiert nach Art der Privilegien.*

1: contempserint] presumerint. 3: decrevit] decreverat. 18: Cosmidin] Cosmedin.
20: M^oCC^oVI^o] M^oCC^oV^o. 20: donni] domni.

25 *Die Unterschriften folgender Kardinäle waren erhalten:*

Ioannes tituli sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis
Cintius tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis
15) Benediktinerinnen-Abtei S. Salvatore „di Liano“ in Pavia. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 525; FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 142, 145.

16) S. Tommaso in Pavia. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 141.

17) Benediktinerinnen-Abtei S. Felice in Pavia. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 523; FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 145.

18) S. Maria „in Bethlem“, „ultra Ticinum“ in Pavia; Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 107; 25 CROTTI PASI, *Chiesa*, 249f.; DIÉS., *Sistema*, 368—370.

19) Hospital in Gropello in der Lomellina, Prov. Pavia. Vgl. CROTTI PASI, *Chiesa*, 249; DIÉS., *Sistema*, 384.

20) Hospital S. Giustina im gleichnamigen Vorort von Pavia. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 546; CROTTI PASI, *Chiesa*, 248; DIÉS., *Sistema*, 367.

21) Hospital S. Leonardo in Tossicaria bei Linarolo Po, Prov. Pavia. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 233, 234, 573; CROTTI PASI, *Sistema*, 385.

22) Hospital S. Egidio „de Galbera“, an der Straße nach Lodi. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 484; CROTTI PASI, *Chiesa*, 256; DIÉS., *Sistema*, 385.

23) Hospital „Guidonis Fabri“ in Montalino bei Stradella, Prov. Pavia. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 565; CROTTI PASI, *Chiesa*, 257; DIÉS., *Sistema*, 387.

24) Vielleicht im Zusammenhang mit Pieve S. Andrea in Ponziano bei Albizzano östlich von Pavia. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 121f.

25) Ben.-Abtei S. Donato della Scozzola in Sesto Calende (Diöz. Mailand, Prov. Varese), von B. Liutard von Pavia (vielleicht c. 841—864, bezeugt 861, 863) gegründet. Vgl. FORZATTI GOLIA, 40 *Strutture*, 128; DIÉS., *Istituzioni*, 198; HOFF, *Pavia*, 99—102; PICARD, *Souvenir*, 746.

26) Benediktinerinnen-Abtei S. Maria di Cairate (Diöz. und Prov. Mailand). Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 128; DIÉS., *Istituzioni*, 198; *Dict. HGE* 11 (1949) 229f.

27) Postino in der Ghiara d'Adda, zwischen Lodi und Crema (Diöz. Lodi). Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 131; DIÉS., *Istituzioni*, 202 mit Anm. 71.

28) Pieve SS. Nazzario e Celso in Pagazzano (Diöz. Cremona). Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 45 131; DIÉS., *Istituzioni*, 202 mit Anm. 71.

Fontan(a)²⁹⁾ cum capellis et parrochiis suis, plebem de Riuegozo³⁰⁾ cum capellis et parrochiis suis; inter^{h)} episcopatum Astensem et Aquensem et Albensem plebem de Ponte³¹⁾ cum capellis et parrochiis suis; in episcopatu Vercellensi plebem de Peningo³²⁾ cum parrochia sua; versus Alexandriam plebem sancti Siri de Sala³³⁾ cum capellis, parrochiis et pertinentiis suis, plebem de Plouera³⁴⁾ cum capellis, parrochiis et pertinentiis suis, plebem de Bassegnan(a)³⁵⁾ cum capellis, parrochiis et pertinentiis suis, plebem de Astillian(o)³⁷⁾ cum capellis, parrochiis et pertinentiis suis, plebem sancti Saluatoris³⁸⁾ cum capellis, parrochiis et pertinentiis suis et plebem de Petra³⁹⁾ cum capellis et parrochiis suis. 5

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et aliorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus 15 omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et cetera usque subiaceat ultioni. Cunctis autem 20

^{h)} Davor eine Art Paragraphenzeichen, das durch einen Strich mit einem x am Rande verbunden ist.

²⁹⁾ Fontana Fredda (Diöz. und Prov. Piacenza). Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 129; DIES., *Istituzioni*, 199f. 25

³⁰⁾ Revigozzo, Val di Nure (Diöz. und Prov. Piacenza). Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 129; DIES., *Istituzioni*, 200.

³¹⁾ Pieve „de Ponte“, zwischen den Diözesen Asti, Acqui und Alba, mit dem Zentrum im heutigen Gebiet von Costigliole d'Asti, Prov. Asti. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 130; DIES., *Istituzioni*, 201. 30

³²⁾ Penango bei Moncalvo d'Asti (Diöz. Vercelli). Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 62; FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 130; DIES., *Istituzioni*, 201.

³³⁾ Pieve S. Siro di Sale, Diöz. und Prov. Alessandria. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 127, 154; DIES., *Istituzioni*, 194.

³⁴⁾ Pieve SS. Maria e Rocco in Pióvera, Diöz. und Prov. Alessandria. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 127, 154. 35

³⁵⁾ Pieve S. Giovanni Battista in Bassignana, Diöz. und Prov. Alessandria. Vgl. ROSADA, *RD Lombardia*, Nr. 386—413; FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 126f., 155; DIES., *Istituzioni*, 194.

³⁶⁾ Pieve S. Maria in Valenza Po, Diöz. und Prov. Alessandria. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 127, 154; DIES., *Istituzioni*, 194. 40

³⁷⁾ „Astilianum“, abgekommen, zwischen S. Salvatore Monferrato und Valenza Po. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 126; DIES., *Istituzioni*, 194, 201.

³⁸⁾ Pieve S. Martino in S. Salvatore Monferrato, Diöz. und Prov. Alessandria. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 127, 155; DIES., *Istituzioni*, 194, 201.

³⁹⁾ Pieve S. Martino in Pietra Marazzi, Diöz. und Prov. Alessandria. Vgl. FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 127, 154; DIES., *Istituzioni*, 194. 45

eidem loco sua iura servantibus sit pax Dominiⁱ⁾ nostri Iesu Christi et cetera usque in finem eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Ferentini per manum Ioh(ann)is, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii⁴⁰⁾, II Idus Iunii, indictione 5 VIII^a, incarnationis Dominice anno^{f)} M^oCC^oVI^o, pontificatus vero donni Innocentii pape III anno nono.

90.

Innocenz III. spricht die Domkanoniker von Como von der Klage des päpstlichen Subdiakons B., dem sie unter Mißachtung päpstlicher Mandate eine Pfründe in ihrer Kirche verweigert hatten, frei, da der Subdiakon mittlerweile in der Kirche von Mailand versorgt worden ist, und verbietet ihnen, die Pfründe ohne päpstliche Erlaubnis zu vergeben. Dem Bischof (Wilhelm) von Como trägt er auf, sie von der wegen ihres Ungehorsams inkurrierten Exkommunikation zu absolvieren.

15

Ferentino, 1206 Juni 14.

Reg. Vat. 7, fol. 95^r—95^v (Nr. 89).

Bréquigny, Diplomata, II/1 915, Nr. 90 = Migne, PL, 215, 908, Nr. 90. — Poth. Reg. 2809.

Capitulum Cumano¹⁾.

Iam dudum inobedientes nobis et rebelles effecti ostendistis vos, sicut non effectus rei sed defectus operis potius manifestat, mandatorum sedis apostolice contemptores et perversores nichilominus ecclesiastice discipline. Cum enim olim vobis pluries direxerimus scripta nostra, ut dilectum filium B., subdiaconum nostrum, in canonicum vestrum reciperetis et fratrem prebenda eidem in ecclesia vestra liberaliter assignata, vos aures vestras more surde aspidis obturantes id efficere penitus contempsistis. Et licet propter hoc extiteritis diu vinculo excommunicationis astricti, nondum tamen vestra potuit rebellio emolliri, quod, quam grave nobis et molestum existat, nisi mansuetudo rigorem et misericordia motum animi temperasset^{a)}, aliter monstrassemus. Verum quia memorato subdiacono competenter in Mediolanensi ecclesia est provisum, ab impetitione ipsius vos penitus absolventes venerabili fratri nostro .. episcopo vestro²⁾ nostris damus litteris in mandatis,

vgl. Ps 57, 5

¹⁾ *Darnach* D(omi)ni irrtümlich wiederholt.

⁴⁰⁾ S. Br. IX 44 Anm. 16.

90. ^{a)} *Migne*: temperasset.

35 90. ¹⁾ Domkapitel von Como (Suffr. von Aquileia).

²⁾ Wilhelm della Torre, als B. von Como bezeugt 1197—1227. Vgl. CAPRIOLI-RIMOLDI-VACCARO, *Diocesi di Como*, 69 und ad indicem; *DBI* 37 (1989) 581—583.

* fol. 95^r ut excommunicationis sententiam, qua ligati * propter hoc diutius extitistis, iuxta formam ecclesie auctoritate nostra relaxet, nichilominus universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatinus de prebenda, quam dicto mandaveramus clerico assignari, non presumatis aliquid ordinare, donec super hoc nostre receperitis beneplacitum voluntatis. 5

Datum Ferentini, XVIII Kal. Iulii, anno nono.

91.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Johannes) von Pamplona und den päpstlichen Legaten P(eter) von Castelnaud und R(adulf), Mönchen von Fontfroide, auf, einen etwaigen Ehe trennungsprozeß zwischen König Peter von Aragón und M(aria) von Montpellier nach dem Erscheinen eines rechtmäßigen Anklägers entweder mit Zustimmung der Parteien zu entscheiden oder ihnen einen Termin vor dem Gericht des Papstes zu setzen. 10

Ferentino, 1206 Juni 17.

Reg. Vat. 7, fol. 95^r (Nr. 90).

Bréquigny, Diplomata, II/1 915, Nr. 91 = Migne, PL, 215, 908, Nr. 91; Rouquette-Villemagne, Bullaire de Maguelone, I 300, Nr. 173; Villemagne, Bullaire Pierre de Castelnaud, 127, Nr. 36; Mansilla, Documentación, 369, Nr. 347. — Poth. Reg. 2814.

Vgl. Vincke, Eheprozeß.

**.. Pa(m)pilonensi episcopo¹⁾ et P(etro) de Castronouo²⁾ et fratri R(adulfo)³⁾,
monachis Fontisfrigidi⁴⁾, apostolice sedis legatis.** 20

(1) Transmissa^{b)} nobis karissimus in Christo filius noster Petrus, Aragonum rex⁴⁾ illustris, insinuatione monstravit, quod, cum dilectam in Christo filiam nobilem mulierem M(ariam), natam quondam G(uillelmi) de Montepesulano^{c, 5)}, sibi de facto matrimoniali federe copulasset⁶⁾, apparuit tandem, 25

91. ^{a)} Motis frigidi. *Migne: Montis Frigidi.* ^{b)} *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* ^{c)} *Migne: Montepesulano.*

91. ¹⁾ Juan de Tarazona, B. von Pamplona (Suffr. von Tarragona, ht. Erzbistum) 1205—1211 (abgesetzt), gest. 1212. Vgl. *DHEE* III 1875; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 301; GOÑI GAZTAMBIDE, *Obispos de Pamplona*, I 527—539. 30

²⁾ S. Br. IX 66 Anm. 2.

³⁾ S. Br. IX 66 Anm. 3.

⁴⁾ S. Br. IX 48 Anm. 1.

⁵⁾ Maria, Tochter Wilhelms (VIII.) von Montpellier (1179—1202; vgl. *Dict. BF* 17 [1986] 149) und der Eudoxia Komnena, ca. 1182—1213. Vgl. *LMA* 6 (1993) 280; AURELL, *Noces*, 35 427—466.

⁶⁾ Peter von Aragón heiratete am 15. Juni 1204 Maria von Montpellier, die zu Ostern 1204 von der Kommune zur Herrin von Montpellier erhoben worden war, obwohl Wilhelm (VIII.) seinen Sohn Wilhelm (IX.) aus der zweiten, vom Papst nicht anerkannten Ehe mit Agnes von Kastilien zum Erben bestimmt hatte. Vgl. VINCKE, *Eheprozeß*, 117; ENGELS, *Vertrag von Corbeil*, 40 125f.; AURELL, *Noces*, 431—433. S. Br. V 72, 127 (128).

quod quendam carnaliter precognoverat eandem nobilem proxima consanguinitatis linea contingentem; quin etiam eadem M(aria) virum habet superstitem, cum quo ante contraxerat, videlicet nobilem virum .. comitem Conuenarum⁷⁾. Propter quod idem rex tamquam vir catholicus et Deum timens
 5 cauteriatam^{d)} conscientiam super hoc gerens ac metuens ex hoc anime sue vgl. 1Tim 4, 2
 periculum imminere, ad apostolice sedis oraculum duxit quamtotius recurrendum.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si talis apparuerit accusator, cuius accusatio de iure sit admittenda, vos partibus convocatis audiatis causam et eam, si partes consenserint, sublato appellationis obstaculo fine canonico terminetis. Alioquin gesta omnia conscribentes sub testimonio litterarum vestrarum ea nobis fideliter transmittatis prefigentes partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui representent iustum auctore Deo iudicium recepture.

15 Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera.

Datum Ferentini, XV Kal. Iulii, anno nono.

92.

*Innocenz III. bestätigt dem Domkapitel von Acqui ungeachtet der Union mit der Kirche von Alessandria den Besitz aller Kirchen, die es schon vor der Union
 20 unangefochten innehatte, vorbehaltlich der Rechte des gemeinsamen Bischofs.*

Ferentino, 1206 Juni 16.

Reg. Vat. 7, fol. 95^r (Nr. 91).

Bréquigny, Diplomata, II/1 916, Nr. 92 = Migne, PL, 215, 909, Nr. 92. — Potth. Reg. 2810.

Aquensi capitulo^{a, 1)}.

25 Solet^{b)} annuere sedes apostolica et cetera. Cum autem utilitate ac necessitate pensatis Aquensem et Alexandrinam ecclesias duxerimus uniendas²⁾,

^{d)} Der zweite Schacht des -u- korr.

⁷⁾ Graf Bernhard (IV.) von Comminges (1176—1225; vgl. HIGOUNET, *Comté de Comminges*, I 69—107, bes. 78—87), den Maria 1197 geheiratet hatte (VINCKE, *Eheprozeß*, 175, Nr. 9) und von dem sie, offiziell wegen Blutsverwandtschaft, 1201 verstoßen worden war (*ebd.* 177, Nr. 10; 179f., Nr. 13f.). Im Urteil Innocenz' III. vom 19. Januar 1213 (Br. XV 221: MIGNE, *PL*, 216, 749—754) wird die Ehe zwischen Maria und Bernhard aufgrund von Blutsverwandtschaft und weil Bernhard von seiner Frau Beatrix von Lomagne kirchlich nicht getrennt worden war als ungültig angesehen (*ebd.* 752 D).

35 92. ^{a)} Adresse am Rande vorgemerkt. ^{b)} Am Rande: CIC.

92. ¹⁾ Domkapitel von Acqui (Suffr. von Mailand).

²⁾ Br. IX 82 und 83.

ne, quod circa unionem huiusmodi utiliter est provisum, alterutri ecclesie imposterum pariat detrimentum, universas ecclesias, quas Aquensis ecclesia bona fide ac iusto titulo hactenus inconcusse possedit, vobis ac per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus) et presentis scripti et cetera, salva reverentia, quam Aquen(s) et Alexandrin(o) debent episcopo, iuxta 5 quod ratio postulat unionis.

Nulli ergo omnino hominum et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, XVI Kal. Iulii, anno nono.

93.

W(ilhelm), Archipresbyter von Mailand, und Aripbrand Visconti, päpstlicher Subdiakon, kündigung Papst Innocenz III. Berichte über ihre Vermittlertätigkeit zwischen Alessandria und Acqui wegen der Union ihrer Kirchen an, berichten, daß Magistrat und Volk von Alessandria den Lehens- und Treueid und die Zinszahlung, zu welchen sie sich Papst Alexander (III.) verpflichtet hatten, mit Freuden geleistet haben, übersenden ein Notariatsinstrument über die (Namen.) 15 Eidesleistung und Zinszahlung von 5866 Bewohnern Alessandrias und die eingehobene Summe von 25 Paveseer Pfund.

(Alessandria, Frühjahr 1206)¹⁾.

Reg. Vat. 7, fol. 95^r—96^r (Nr. 92).

Bréquigny, Diplomata, II/1 916, Nr. 93 = Migne, PL, 215, 909, Nr. 93.

20

| Sanctissimo^{a)} patri et d(omi)no Innocentio, Dei gratia summo pontifici, W(illelmus), Mediolanensis ecclesie archipresbiter²⁾ licet indignus, et Aripbrandus dictus Vicecomes³⁾, eius humilis ac devotus subdiaconus, tam devotam quam debitam in omnibus subiectionem.

93. ^{a)} Auf fol. 95^r zu beiden Seiten, auf fol. 96^r am rechten Rand längs des Br. ein senkrechter, z. 25 T. gewellter Strich, ferner auf fol. 95^r am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.: no(ta) hic q(uod) civitas Alexa(ndria) subest Ro(mane) Ecc(lesi)e.

93. ¹⁾ Zur Datierung: Das Schreiben wurde mit dem Antwortbrief IX 94 vom 21. Juni registriert und wohl von den alessandrinischen Gesandten (s. Br. IX 94 Anm. 2—5) gemeinsam mit der dort erwähnten Urkunde (S. 176 Z. 17; vgl. auch S. 175 Z. 28—32) an die Kurie gebracht. 30 Die Tätigkeit der Delegaten, die einerseits die Versprechungen von Br. VIII 54 (neuerlich registriert im Mai 1205) einforderten, andererseits für die vom Papst angestrebte Vereinigung der Kirchen von Acqui und Alessandria werben sollten, geht dem am 8. Juni erlassenen Unionsstatut (Br. IX 82, 83) wohl voraus (anders ALBERZONI, *Ugo Tornielli*, 181f.) und ist zu einem nicht näher bestimmbareren Zeitpunkt im Frühjahr 1206 anzunehmen. 35

²⁾ Magister Wilhelm Balbus, 1198 Gesandter des EB. vom Mailand an der Kurie, seit 1201 Archipresbyter von Mailand, von Innocenz III. mehrfach mit Delegationen in der Lombardei betraut, zwischen 1211 und 1213 Kandidat für das Erzbistum, bezeugt bis 1215. Vgl. POGLIANI, *Dissidio*, 29, Anm. 86; ALBERZONI, *Ugo Tornielli*, bes. 187f.

³⁾ Aripbrand Visconti, 1199/1201 Domkanoniker, 1206 Ordinarius im Mailänder Klerus, 1203 40 Kanoniker von S. Maria in Novara (BEHRMANN, *Domkapitel und Schriftlichkeit*, 60, 270), 1208 bis 1213 B. von Vercelli. Vgl. ALBERZONI, *Ugo Tornielli*, 181, Anm. 40; 189.

Placuit beatitudini vestre, pater sanctissime, nobis servulis vestris dare in mandatis, ut ad civitatem Alexandrie personaliter accedentes clerum et populum ad pacem et concordiam cum Aquensibus faciendam necnon ad unionem acceptandam prudenter admonere et diligenter inducere studeremus. Verum quid super hiis fecerimus et quantum laboraverimus, partes ipse et scripta nostra per eas magestati vestre directa liquido declarabunt. Quid autem super fidelitatibus et censu exigendis fecerimus, audiat sanctitas vestra plenissime veritatem. Convocavimus siquidem potestatem⁴⁾, consules et consiliarios Alexandrie et ostendimus eis, qualiter tenerentur et obligati essent ad censum et fidelitates Romane ecclesie prestandas, qualiter insuper in signum hominii se dederant in manibus felicis memorie d(omi)ni Alexandri, a quo ipsa civitas denominationem accepit. Ostendimus etiam eis et perlegimus instrumentum publicum, in quo omnia ista continebantur⁵⁾, qui verbum nostrum non minus alacriter quam devote recipientes et acceptantes cum omni festinantia preceperunt campanam pulsari, ut multitudo populi conveniret, qui scientes causam vocationis sue cucurrerunt quasi ad vocem iocundam et, vix pre gaudio et exultatione sustinentes verbum sibi proponi, clamaverunt quasi una voce cum ingenti letitia et tripudio maximo: «Fiat, fiat voluntas domini nostri», et sic in omni pace recepimus hominum et fidelitates potestatis, consulum et consiliariorum et universorum, qui ad locum illum convenerant. Et inde fecimus fieri publicum instrumentum. Deinde quosdam honestos viros, qui monitores civitatis vocantur, fecimus nuncios nostros, quos iureiurando nobis astrinximus, ut singulas oras, vicos et plateas civitatis circumirent * et fideliter ab universis fidelitates et censum secundum instrumenti tenorem exigerent et reciperent et, quicquid super hiis facerent, totum per publicam scripturam nobis ostenderent et consignarent; que omnia bene et sollempniter facta sunt. Sunt autem, qui iuraverunt, in summa quinque milia octingenti sexaginta sex, sicut in instrumentis vestre paternitati transmissis continetur^{b, 6)}, summa census librarum viginti quinque Papiensium⁷⁾. Et hec omnia per Iohannem Tornielum, subdiaconum vestrum, canonicum Nouariensem⁸⁾, et quosdam socios suos nuntios Alexandrinorum⁹⁾ vestre paternitati destinamus. Ad hec noverit vestre celsitudinis inmensa

* fol. 96r

^{b)} *Migne fügt hinzu:* et.

⁴⁾ Vielleicht schon Pietro Pietrasanta, s. Br. IX 94 Anm. 1.

⁵⁾ Br. VIII 54, die Abschrift der Schenkung und des Treueids an Papst Alexander III. vom Januar 1170.

⁶⁾ Die Namen der Schwörenden wurden im Instrument verzeichnet. S. Br. IX 94 S. 176 Z. 17f.

⁷⁾ S. Br. IX 65 Anm. 4.

⁸⁾ Johannes Torielli, 1202 als Kanoniker von S. Maria in Novara bezeugt, 1203 als päpstlicher Subdiakon, 1210 als Kanoniker von S. Gaudenzio in Novara, B. von Bergamo 1211—1240. Vgl. BEHRMANN, *Domkapitel und Schriftlichkeit*, bes. 55, 297; CAPRIOLI-RIMOLDI-VACCARO, *Diocesi di Bergamo*, 93f. und ad indicem.

⁹⁾ S. Br. IX 94 Anm. 3—5.

discretio, quod per ea, que vidimus et cognovimus manifeste, credimus et nullatenus dubitamus, quod vobis et ecclesie erit ad gloriam et utilitatem maximam, si honori et exaltationi intenderitis Alexandrinorum.

94.

Innocenz III. teilt dem Podestà P(eter) und dem Volk von Alessandria mit, daß er von ihren Gesandten, die die Sache Alessandrias an der Kurie gewissenhaft vertreten haben, den Zins und die Liste derjenigen, die ihm den Treueid geleistet haben, entgegengenommen hat, trägt ihnen auf, ihm auch weiterhin ergeben zu bleiben, und übersendet ihnen ein päpstliches Banner.

Ferentino, 1206 Juni 21. 10

Reg. Vat. 7, fol. 96^r (Nr. 93).

Bréquigny, Diplomata, II/1 917, Nr. 94 = Migne, PL, 215, 911, Nr. 94. — Potth. Reg. 2819.

P(etro) potestati¹⁾ et populo Alexandrin(is).

Cum^{a)} dilectus filius Ioh(anne)s Torniellus, subdiaconus noster²⁾, et N(icolaus), vicedominus Aquensis³⁾, et nobiles viri R(ufinus) Scacavel⁴⁾ et P(etrus) Fantin(us)⁵⁾, nuntii vestri, ad sedem apostolicam accessissent, censu debito nobis et instrumento, in quo eorum nomina^{b)} erant scripta, qui nobis fidelitatem prestiterant⁶⁾, presentatis pro vestris et civitatis vestre negotiis promovendis diligenter ac sollicitè institerunt, ita quod nullatenus possunt de negligentia reprehendi, sed eorum diligentia potest merito commendari. Et licet negotium secundum suam voluntatem non fuerit usquequaque promotum, finem tamen congruum ad honorem et profectum vestrum absque dubio est sortitum, iuxta quod ad scandali materiam removendam magis cognovimus expedire.

94. ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 14. Jhs.*: de iure Roman(e) ecc(lesi)e in Alexandria. ^{b)} *Migne*: 25 omnia.

94. ¹⁾ Pietro Pietrasanta aus der Mailänder „Berufspodestaten“-Familie, Podestà von Asti 1198, Podestà von Alessandria 1206, 1224, „consul iustitie“ in Mailand 1209, 1215. Vgl. MANARESI, *Atti*, ad indicem; OCCHIPINTI, *Vita politica*, bes. 29—32.

²⁾ S. Br. IX 93 Anm. 8. 30

³⁾ Nikolaus, als Vicedom von Acqui bezeugt in einer Urkunde des Bischofs vom 11. August 1205: GASPAROLO, *Cartario*, II, Nr. 265, S. 105.

⁴⁾ Rufinus Scacavel, 1197 und 1205 als Nuntius der Kommune Alessandria an der Kurie. Vgl. GASPAROLO, *Liber Crucis*, 78, Nr. 67; Br. VIII 53 S. 91 Z. 19; bezeugt 1207. Vgl. MANARESI, *Atti*, Nr. 301, S. 417 Z. 29. 35

⁵⁾ Petrus Fantinus, als Gesandter von Alessandria bezeugt 1213. Vgl. MANARESI, *Atti*, Nr. 367, S. 490 Z. 26.

⁶⁾ S. Br. IX 93 S. 175 Z. 24—29.

Monemus igitur universitatem vestram et exhortamur in Domino per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus in fidelitate ac devotione apostolice sedis, sicut laudabiliter incepistis, ita prudenter perseverare curetis, quod gratiam apostolice sedis mereamini plenius et favorem et nos ad ea, que
5 vestrum respiciant commodum et honorem, merito debeamus impendere operam efficacem. In signum autem gratie specialis mittimus vobis sub insigni beati Petri vexillum, ut ipse vos tamquam filios speciales contra hostes mentis et corporis custodiat et defendat.

Datum Ferentini, XI Kal. Iulii, anno nono.

10

95.

Innocenz III. befiehlt dem Klerus (der Diözese) von Alessandria, dem Bischof (Hugo) von Alessandria und Acqui Gehorsam und Ehrerbietung zu erweisen, da er die Kirchen von Alessandria und Acqui zusammengelegt hat.

Ferentino, 1206 Juni 21.

15

Reg. Vat. 7, fol. 96r (Nr. 94).

Bréquigny, Diplomata, II/1 918, Nr. 95 = Migne, PL, 215, 911, Nr. 95. — Potth. Reg. 2820.

Universo clero Alexandrino¹⁾.

Cum Alexandrinam et Aquensem ecclesias duxerimus uniendas, ut utrique sit ecclesie unus pastor²⁾, presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus venerabili fratri nostro .. Alexandrino et Aquensi episcopo³⁾ tamquam patri et episcopo animarum vestrarum decetero intendentes ipsi
obedientiam et reverentiam exhibeatis debitam et devotam. vgl. 1Pt 2, 25

Datum Ferentini, XI Kal. Iulii, anno nono.

96.

Innocenz III. ermahnt den wegen seiner Parteinahme gegen König Otto exkommunizierten und abgesetzten ehemaligen Erzbischof Adolf von Köln, in den Schoß der Kirche zurückzukehren.

Ferentino, 1206 Juni 23.

95. ¹⁾ Klerus der Diözese Alessandria (Suffr. von Mailand).

²⁾ Br. IX 82 und 83.

³⁾ Ugo Tornielli aus Novara, Archidiakon von S. Maria in Novara, B. von Acqui seit 1183, resigniert 1213 (Br. XVI 140, MIGNE, PL, 216, 932), gest. ca. 1218. Vgl. BEHRMANN, *Domkapitel und Schriftlichkeit*, 57, Anm. 200. Er war maßgeblich an der Zusammenlegung der beiden Diözesen beteiligt. Vgl. FIASCHINI, *Fondazione*, 505—510; ALBERZONI, *Ugo Tornielli*.

Reg. Vat. 7, fol. 96^r—96^v (Nr. 95).

Empfängerüberlieferung: Kopie der ersten Hälfte des 13. Jhs. in einem Briefbuch aus dem Kölner Umkreis, Staatsbibliothek zu Berlin—Preußischer Kulturbesitz, Ms. lat. oct. 50, fol. 122^v—123^r.

Bréquigny, Diplomata, II/1 918, Nr. 96 = Migne, PL, 215, 911, Nr. 96. — Poth. Reg. 2827; BFW 5966; Knipping, Regesten, III 4, Nr. 19.

5

Adolfo, quondam Coloniensi archiepiscopo, spiritum^{a)} consilii sanioris^{a, 1)}.

| Quotiens^{b)} te monitis et consiliis, precibus et preceptis, minis et terroribus inducere curaverimus²⁾, ne conversus in arcum perversum sine causa nobis illuderes, quos ad favendum illustri regi Ottoni³⁾ per litteras et nuntios induxisti⁴⁾, parcens saluti et fame tue, nondum, sicut^{c)} credimus, es oblitus, 10
quamvis exigentibus culpis tuis sis in reprobum sensum datus. Sed ecce iusto iudicio primis^{d)} ipse in foveam incidisti, quam alii preparasti⁵⁾, quia, cum velles predictum regem deicere, deiectus es ipse prior propter notum periurium, proditorem vulgatam, publicam excommunicationem et inobedientiam manifestam. O si diligenter attenderes, quid^{e)} laici de te sentiant, quid^{e)} clerici de te dicant, quomodo tuam vilificasti personam, fedasti ordinem, officium deturpasti, factus tibi ipsi contrarius et reprobans temetipsum, procul dubio non minus erubesceres de infamia, quam doleas de iactura. Condolemus utique tibi, si tamen tu doleas, non quidem ad exercendam vindictam, sed ad penitentiam peragendam, quoniam inutiliter vindicare te studes, 20
posses autem utiliter penitere. Quid enim tibi possunt prodesse homicidia, sacrilegia, furta, incendia et alia facinora, que committis? Putasne per illa

vgl. Ps 77, 57

vgl. Rm 1, 28

vgl. Ps 7, 16; 56, 7;

Prv 26, 27;

Ecl 10, 8

96. ^{a—c)} Fehlt bei Migne. ^{b)} Migne: quoties. Am Rande zwei kurze, schräge Striche, ein schiefstiegenes Kreuz und auf fol. 96^r längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.

^{c)} Migne: si. ^{d)} Migne: primus; so auch in der Empfängerüberlieferung. ^{e)} Migne: quod. 25

96. Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photographie der Briefsammlung):

6: Adolfo] Innocencius episcopo [!], servus servorum Dei. Adolfo. 7: monitis et consiliis] consilii et monitis. 9: et nuntios] *fehlt*. 12: primis] primus. 21: tibi possunt] possunt tibi.

96. ¹⁾ Adolf von Altena, EB. von Köln 1193, krönte 1198 Otto IV. zum römisch-deutschen König (KNIPPING, *Regesten*, II, Nr. 1547), wechselte aber im November 1204 auf die Seite Philipps von Schwaben, wurde am 19. Mai 1205 exkommuniziert und am 19. Juni 1205 abgesetzt (*ebd.* 1666, 1684; vgl. *RNI* Nr. 116—118, Ed. KEMPF 285—294); er behauptete sich jedoch in weiten Teilen des Erzbistums gegen den neugewählten EB. Bruno (1205—1208) und dessen Nachfolger Dietrich (1208—1212); gest. ca. 1220. Vgl. *LMA* I (1980) 159—161; *Series episcoporum* V/1 41f.; SIENELL, *Innocenz III.*, 13—36; HÖROLDT, *Studien*, 58—65; GATZ, *Bischöfe*, 35 269f.

²⁾ Vgl. *RNI* Nr. 55, 67, 80, 100, 113, Ed. KEMPF 145, 189, 216, 256, 279 vom November 1201, 5. April 1202, Ende 1202/Anfang 1203, 12. Dezember 1203 und 29. Oktober 1204.

³⁾ Otto IV. von Braunschweig, römisch-deutscher König 1198, Kaiser 1209, gest. 1218.

⁴⁾ S. die Schreiben EB. Adolfs allein und gemeinsam mit den fürstlichen Parteigängern 40 Ottos an den Papst *RNI* Nr. 9, 10, Ed. KEMPF 21, 23, und dessen Antwort *ebd.* Nr. 11, S. 27, vom 20. Mai 1199; vgl. auch *ebd.* S. 146 Z. 11—17, S. 147 Z. 6—8, Nr. 55; S. 217 Z. 29, Nr. 80.

⁵⁾ Vgl. WALTHER, *Proverbia*, I 874, Nr. 6984; II 444, Nr. 11781a; 504, Nr. 12189, 12189a; IV 305, Nr. 24935; V 760, Nr. 33541.

valeas apud Deum^{f)} aut etiam apud nos indulgentiam promereri? Facta sunt novissima tua peiora prioribus, dum accumulando peccata peccatis pressus pondere viciorum ad inferni te profunda demergis. Ne putes, quod verba ista de cordis amaritudine proferamus, cum, etsi tuam odiamus offensam, diligamus naturam, memores adhuc illius dilectionis antique, qua te inter fratres et coepiscopos nostros affectuosius amabamus, sed ex compassionis affectu — novit Dominus — verba ista proferimus, quoniam gemimus et tristamur, dum audimus te de malo vergere semper in peius, quia licet graviter ledas alios, gravius tamen ledis te ipsum et inde * deficis amplius, unde magis proficere te confidis. Memorare novissima tua, si forsitan a tanto respiscas errore, ad illum per humilem penitentiam te convertens, a quo te per contumacem inobedientiam avertisti, quoniam hec sola tibi semita est relicta, per quam pervenire^{g)} poteris ad salutem. Licet enim redire non possis ad gradum, a quo merito decidisti, si tamen sub potenti manu Dei te humiliare curaveris, adhuc te poterit eius dextera sublevare. Sin autem pravis acquiescendo consiliis et iniquis operibus insistendo magis ac magis provocaveris eius iram, procul dubio non effugies manus eius, que te puniet^{h)} etⁱ⁾ graviter in presenti et gravius in futuro.

Monemus ergo te, frater, cum lacrimis et exhortamur in Christo Iesu, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, quatinus nostris salubribus monitis acquiescens per penitentiae medicinam de morte resurgas ad vitam et ad ubera matris ecclesie revertaris, que pio miserationis affectu recipit filios delinquentes; quoniam, etsi sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem tuam in gravem difficultatem induxeris, de qua per te non posset aliquatenus liberari, quia tamen ille est fundator et fundamentum ipsius, qui imperat ventis et mari, dum ipse sit nobis adiutor, non timemus, quid faciat nobis homo.

Datum Ferentini, VIII Kal. Iulii, anno nono.

vgl. Mt 12, 45; Le 11, 26; 2Pt 2, 20

* fol. 96^v

Sir 7, 40

vgl. 1Pt 5, 6

vgl. 2Tim 4, 1; 1Pt 4, 5

vgl. Mt 16, 18
vgl. 1Cor 3, 11

vgl. Mt 8, 26f.;
Le 8, 25
vgl. Ps 117, 6;
Hebr 13, 6

97.

Innocenz III. trägt dem zum Erzbischof von Magdeburg gewählten Dompropst Albrecht auf, seinen Gesandten Magister G(ernandus), der seine Sache unermüdlich betrieben hat und der ihm nun mündlich geheime Mitteilungen des Papstes überbringt, wohlwollend aufzunehmen und, wenn nötig, zum Papst zurückzuschicken.

Ferentino, 1206 Juni 23.

35 *Reg. Vat. 7, fol. 96^v (Nr. 96).*

*Bréquigny, Diplomata, II/1 919, Nr. 97 = Migne, PL, 215, 913, Nr. 97. — Poth. Reg. 2825; BFW **5965; Müilverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 108, Nr. 257.*

^{f)} *Migne:* Dominum. ^{g)} *Migne:* venire. ^{h)} *Migne:* punient. ⁱ⁾ *Fehlt bei Migne.*

3: te profunda] profunda te. 6: affectuosius] affectuose. 12: tibi semita] semita tibi.
40 17: et] *fehlt.* 26: timemus] timebimus. 27: VIII — nono] *fehlt.*

Alb(er)to preposito in archiepiscopum Magdeb(ur)ensem electo¹⁾.

| Tempestas imperii, que te impulit ad id inprovidè faciendum, quod promotionem tuam merito potuit impedire²⁾, necessario nos retardat, ne adhuc ad tui consumationem^{a)} negotii procedamus. Licet autem adversum te fuerimus de iure commoti, dilectus tamen filius magister G(ernandus), nuntius tuus³⁾, vir utique providus et fidelis, commotionem nostram non destitit mitigare, ita quod temporis oportunitate reperta ipsum proposuimus consummare negotium, dummodo te nobis tamquam membrum capiti studeas conformare. Quocirca devotionem tuam monemus attentius et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus eundem magistrum, quem nos sue probitatis intuitu sincera diligimus in Domino caritate, benigne recipias et honeste pertractes eumque, cum necessitas postulaverit, tanto securius ad presentiam nostram remittas, quanto maiorem gratiam in oculis nostris invenit. Ipse quippe tibi plenius intimabit, que a nobis accepit secretius intimanda.

Datum Ferentini, VIII Kal. Iulii, anno nono.

15

98.

Innocenz III. überträgt dem Bischof B(ernhard) von Pavia und dessen Nachfolgern die Verfügungsgewalt in geistlichen und weltlichen Belangen über die dem apostolischen Stuhl unterstehenden Klöster S. Maria foris portam und S. Bartolomeo in Strada in Pavia, um sie zu reformieren.

20

Ferentino, 1206 Juni 19.

Reg. Vat. 7, fol. 96^r (Nr. 97).

Bréquigny, Diplomata, II|1 919, Nr. 98 = Migne, PL, 215, 913, Nr. 98. — Poth. Reg. 2817.

B(ernardo), Papiensi episcopo^{a, 1)}.

| Apostolica^{b)} sedes, que disponente Domino cunctorum fidelium mater est et magistra²⁾, consuevit equo libramine ponderare merita singulorum, ut valeat unicuique, prout exigit ratio, respondere. Nos ergo, qui licet immeriti huic sancte sedi superna gratia presidemus, fidem et devotionem, quam predecessorum tuorum inherens vestigiis erga nos et Romanam ecclesiam habere

97. ^{a)} *Migne*: confirmationem.

30

97. ¹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 22 Anm. 11.

³⁾ S. Br. IX 22 Anm. 7.

98. ^{a)} *Adresse am Rande vorgemerkt.* ^{b)} *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

35

98. ¹⁾ S. Br. IX 89 Anm. 1.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 19 c. 3; D. 21 c. 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 60, 71).

dinosceris, attendentes et intuentes nichilominus deformationem et lapsum quorundam monasteriorum tam monialium quam etiam monachorum in Papiensi existentium civitate, que ad Romanam ecclesiam nullo pertinent mediante³⁾, tam tibi quam illis diverso tamen respectu disposuimus providere, ut videlicet onus illorum ad tuum referamus honorem, quoniam in ecclesiasticis rebus et honor oneri et onus est adnexum honori.

Quia vero inter huiusmodi monasteria duo maxime indigent officio provisoris, videlicet sancte Marie foris portam Papien(sem)⁴⁾, quod est monialium, et sancti Bartholomei in Strata⁵⁾, quod est monachorum, nos illa cum capellis, parrochiis et pertinentiis suis de communi fratrum nostrorum consilio dispositioni tue tam in spiritualibus quam temporalibus duximus committenda, ut in eis vice nostra corrigas et emendes, instituas et destituas, statuas et decernas, que ipsis monasteriis spiritualiter⁶⁾ ac temporaliter noveris expedire. Ut autem et onus honoris et honor oneris per te ad tuos transeat successores, presentium auctoritate concedimus, quatinus tui etiam successores in hoc tibi succedant tam onere quam honore, dummodo circa devotionem apostolice sedis et provisionem monasteriorum ipsorum tales se studeant exhibere, ne privilegium mereantur amittere, si concessa sibi abusi fuerint potestate⁶⁾.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, XIII Kal. Iulii, anno nono.

99.

Innocenz III. restituiert auf Bitten des (Kardinal-)Bischofs (Johannes) der Sabina jenen Rechtszustand, der zur Zeit des Amtsantritts Konrads (von Wittelsbach), (Kardinal-)Bischofs der Sabina und zugleich Erzbischofs von Mainz, bestand, damit er die Rechte des Bistums verteidigen kann, die während Konrads Amtszeit vernachlässigt wurden.

Ferentino, 1206 Juni 27.

^{c)} sp(eci)alit(er). *Die Emendation schon bei Migne.*

³⁾ Dem Papst unterstanden nach dem Liber Censuum die pavesischen Ben.-Abteien S. Pietro in Ciel d'Oro, S. Salvatore maggiore, S. Marino und S. Maria Teodote. Vgl. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 117b, 245a; PFAFF, *Liber Censuum*, Nr. 319, 321; DERS., *Klostereaxemtionen*, 99, Nr. 43–45; DERS., *St. Peters Abteien*, 175f.

⁴⁾ S. Maria foris portam (Porta Palacense), Benediktinerinnen-Abtei bei Pavia. Vgl. *IP VI/1 221*, Nr. 3; FORZATTI GOLIA, *Strutture*, 141.

⁵⁾ S. Bartolomeo in Strada, Ben.-Abtei in Pavia. Vgl. *ibd.* 145; lediglich eine Aufnahme in den päpstlichen Schutz ist bekannt: *IP VI/1 207*, Nr. 1.

⁶⁾ S. Br. IX 21 Anm. 9.

Reg. Vat. 7, fol. 96^r—97^r (Nr. 98).

Bréquigny, Diplomata, II/1 920, Nr. 99 = Migne, PL, 215, 914, Nr. 99. — Bern. 1. 29. 2. — Poth. Reg. 2830.

.. Sabinensi episcopo¹⁾.

Quoniam propter longam absentiam bone memorie Conradi, Sabinensis 5
episcopi²⁾, pro eo, quod curam pastoraalem gessit in ecclesia Maguntina, et
propter eorum incuriam, quibus episcopatus Sabinensis diversis temporibus
fuit cura commissa, eiusdem episcopatus sunt iura neglecta, a nobis humili-
* fol. 97^r ter postulasti, ut super hoc tibi dignaremur * paterna sollicitudine providere.
Nos ergo tuis precibus annuentes tam ex providentia pastorali quam ex 10
gratia speciali de consilio fratrum nostrorum in eo te statu quoad defenden-
da ipsius episcopatus iura reponimus, quem habuit, quando idem Conradus
Sabinensis ecclesie presulatum accepit.

Nulli ergo et cetera nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, V Kal. Iulii, anno nono. 15

100.

*Innocenz III. befiehlt den Kardinallegaten P(etrus) von S. Marcello und B(ene-
dikt) von S. Susanna, den Patriarchen (Thomas) von Konstantinopel zu veran-
lassen, Kleriker ungeachtet ihrer Herkunft in die konstantinopolitanischen
Kirchen, insbesondere in die Hagia Sophia, einzusetzen, alle von ihnen in die
genannten Kirchen eingesetzten Kleriker im Besitz ihrer Ämter zu schützen und
jene, die aus solchen entfernt wurden, zu restituieren.*

Ferentino, 1206 Juni 21.

Reg. Vat. 7, fol. 97^r (Nr. 99).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 920, Nr. 100 = Migne, PL, 215, 914, Nr. 100. — Comp. III 3. 7. 1; 25
Bern. 3. 9. 1; X 3. 7. 5. — Poth. Reg. 2821; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 172, Nr. 35;
Haluščynskij, Acta Innocentii, 504, Nr. 4.*

99. ¹⁾ S. Br. IX 88 Anm. 6.

²⁾ Konrad von Wittelsbach, EB. von Mainz 1161—1177 und 1183—1200, EB. von Salzburg 1177—1183, (K.-)B. der Sabina 1166—1200. Vgl. GANZER, *Auswärtiges Kardinalat*, 104—114; 30 *NDB* 12 (1980) 510f.; GATZ, *Bischöfe*, 397f.

**P(etro), tituli sancti Marcelli¹⁾, et B(enedicto), tituli sancte Susanne²⁾,
presbiteris cardinalibus, apostolice sedis legatis.**

| Ad^{a)} decorem et commodum tam ecclesie sancte Sophie³⁾ quam aliarum ecclesiarum, que sunt in urbe Constantinopolitana constructe, noscitur pertinere, ut litterati viri et morum honestate conspicui de quibuslibet mundi partibus venientes institui debeant in eisdem. Verum, sicut nostris auribus est suggestum, venerabilis frater noster ..^{b)} Constantinopolitanus patriarcha⁴⁾ eorum immemor, que sibi suggestimus viva voce⁵⁾ ac postmodum per scripta⁶⁾ mandavimus — si tamen ad ipsum nostre^{c)} littere^{c)} pervenerunt —, aliarum nationum clericos spernens Venetos tantum in ipsis ecclesiis et precipue in ecclesia sancte Sophie satagit collocare, non attendens, quod in omni gente, qui facit iustitiam, acceptus est Deo nec sanctuarium Dei iure convenit hereditario possideri⁷⁾.

vgl. Act 10, 35

vgl. Ps 82, 13

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus eundem patriarcham monere ac inducere studeatis, ut viros religiosos, honestos et litteratos, undecumque originem duxerint, in predictis ecclesiis instituere non postponat et maxime in maiori, proponentes eidem, quod, si monitis vestris acquiescere non curaverit, indignum se reddet, ut vos aliarum clericos nationum ad eius obedientiam compellatis, presertim cum ipsi propter hoc ad nostram duxerint audientiam appellandum⁸⁾, neque dissimulare poteritis, quin hoc nostris auribus intimetis, ut ex hoc ipso, an verum sit, quod Venetis dicitur promississe⁹⁾, conicere valeamus. Si qui vero clerici

100. ^{a)} *Am Rande eine Klammer und von einer Hand des 14. Jhs.: de institutionib(us) (X 3. 7. 5).*

^{b)} *Gemipunctus vielleicht auf Rasur.* ^{c-c)} *Migne: littere nostre.*

25 100. ¹⁾ S. Br. IX 40 Anm. 22; er war Legat im Heiligen Land 1202—1206/1207 und hielt sich von Ende 1204 bis Mitte 1206 in Konstantinopel auf. Vgl. MALECZEK, *Petrus Capuanus*, 193—206.

²⁾ Benedikt, KP. von S. Susanna 1201, (K.-)B. von Porto und Rufina 1213—1216, Legat im Lateinischen Kaiserreich von Konstantinopel 1205—1207. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 134—136; DERS., *Kardinalskollegium*, 146f.; *DBI* 8 (1966) 317—319.

30 ³⁾ Hagia Sophia in Konstantinopel.

⁴⁾ Der Venezianer Thomas Morosini, Mönch in Porto bei Ravenna, 1205—1211 lateinischer Patriarch von Konstantinopel. Vgl. SANTIFALLER, *Lateinisches Patriarchat*, 25—28; FEDALTO, *Chiesa Latina*, I 253—259; WOLFF, *Politics*, 227—246.

35 ⁵⁾ Wahrscheinlich anlässlich der Weihe Thomas Morosini in Rom durch den Papst im März 1205; *Gesta Innocentii*, c. 98 (MIGNE, *PL*, 214, CXLIII; GRESS-WRIGHT 230f.). Vgl. Br. VIII 25 Bd. 8 S. 39 Z. 2f.

⁶⁾ Vielleicht Br. VIII 21 von Ende März 1205.

⁷⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 8 q. 1 c. 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 591); *JL* 12254, 14138, 13815 = Comp. I 1. 9. 3, 4, 12 = X 1. 17. 3, 4, 10 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 135f., 138).

40 ⁸⁾ Der nichtvenezianische Klerus hatte sich zunächst geweigert, Thomas Morosini als Patriarchen anzuerkennen; s. *Gesta Innocentii*, c. 100 (MIGNE, *PL*, 214, CXLIV; GRESS-WRIGHT 238f.); vgl. WOLFF, *Politics*, 244f.

⁹⁾ Zum Eid, mit welchem der Patriarch noch vor der Abreise aus Venedig versprach, nur Venezianer oder Kleriker, die mindestens zehn Jahre in Venedig ansässig waren, als Kanoniker der Hagia Sophia einzusetzen, s. Br. IX 130 S. 234 Z. 11—15; Br. XI 76, 77 (MIGNE, *PL*, 215, 1387—1395, bes. 1389 D—1390 A, 1391 A—C, 1393 A, 1394 B), Br. XII 105 (*ebd.* 216, 118—124, bes. 120 AB); vgl. SANTIFALLER, *Lateinisches Patriarchat*, 132—136; WOLFF, *Politics*, 236—242.

per vos vel alterum vestrum sunt in predictis ecclesiis instituti¹⁰⁾, appellatione postposita faciatis eos pacifica possessione gaudere, amotos, sicut iustum fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota facientes restitui ad easdem.

Quodsi non ambo [et cetera], alter vestrum et cetera. 5

Datum Ferentini, XI Kal. Iulii, anno nono.

101.

Innocenz III. gewährt den Nachfolgern König P(eters) von Aragón das Privileg, jeweils in Zaragoza vom Erzbischof von Tarragona mit einer vom apostolischen Stuhl übersandten Krone und in dessen Auftrag gekrönt zu werden; weiters gestattet er, daß auch die Frauen der Könige von Aragón vom Erzbischof von Tarragona gekrönt werden.

Ferentino, 1206 Juni 17.

Reg. Vat. 7, fol. 97^r (Nr. 100).

Gesta Innocentii, c. 122 (Baluze I 79, Gress-Wright 308f.); Mansilla, Documentación, 369, Nr. 15 346 (teilweise). — Bréquigny, Diplomata, II/1 921, Nr. 101 = Migne, PL, 215, 915, Nr. 101 (irrig 102); Potth. Reg. 2816.

Der Brief ist eine erweiterte Fassung des Br. VIII 93 (92), vgl. ebd. Anm. b und hier Anm. a. Vgl. Fried, Schutz, 216f., 220, 228.

P(etro), illustri regi Aragonum¹⁾.

20

Cum^{a)} quanta gloria et honore, tripudio et applausu regium Rome de manu nostra in monasterio beati Pancratii susceperis diadema, postquam per venerabilem fratrem nostrum P(etrum), Portuensem episcopum²⁾, in regem fecimus te inungi³⁾, tua sublimitas non ignorat. Ut autem dilectionis affectum, quem ad tuam habemus personam, per exhibitionem operis evi- 25
dentius monstraremus, regalia insignia universa, mantum videlicet et colobium, sceptrum et pomum, coronam et mitram⁴⁾, ad opus tuum non minus preciosa quam speciosa fecimus preparari et ea liberaliter tibi donavimus in signum gratie specialis⁵⁾. Tu vero tamquam devotus princeps et catholicus

¹⁰⁾ S. auch die Br. IX 129, 134, 148. Vgl. Br. VIII 136 (135).

30

101. ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 14. Jhs.: iam e(st) sup(ra) de anno VIII (Br. VIII 93 [92]; vgl. dort Anm. b), ferner am Rande zwei Punkte und ein gebogener Strich.*

101. ¹⁾ S. Br. IX 48 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 39 Anm. 1.

³⁾ Am 11. November 1204 in S. Pancrazio bei Rom. S. Br. VII 229 Bd. 7 S. 408 Z. 4—6. 35
Vgl. SMITH, *Motivo*.

⁴⁾ Vgl. BRONISCH, *Herrschertiar*, 100, 105.

⁵⁾ Br. VII 229 Bd. 7 S. 408 Z. 7f.

rex super altare beati Petri, apostolorum principis, regnum tuum nobis et per nos apostolice sedi cum multo devotionis affectu per privilegii paginam obtulisti, illud ei constituens in perpetuum censuale⁶⁾ firmiter promittendo, quod iuramentum fidelitatis et obedientie in coronatione tua nobis exhibitum inviolabiliter observabis⁷⁾ et ad illud exhibendum et conservandum successores tuos obligari volebas⁸⁾.

Nos igitur gratiam tibi a nobis exhibitam ad successores tuos derivari volentes presentium auctoritate concedimus, ut, cum ipsi decreverint coronari, coronam a sede apostolica requirentes de speciali mandato per Terraconensem archiepiscopum⁹⁾ apud Cesaraugustam¹⁰⁾ sollempniter coronentur, prestita super predictis idonea cautione¹¹⁾. Et quoniam iure civili statutum est¹²⁾, ut mulieres maritorum honoribus decorentur, presentium auctoritate concedimus, ut per manus eiusdem archiepiscopi eas liceat coronari.

Nulli ergo et cetera nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cetera.
15 ra.

Datum Ferentini, XV Kal. Iulii, anno nono.

102.

Innocenz III. gestattet dem König P(eter) von Aragón, bewegliche Güter von Häretikern und deren Sympathisanten, die er ihnen während seines Kampfes gegen sie abnehmen kann, ohne Einschränkung und Immobilien ohne Präjudiz der Rechte Anderer zu behalten.
20

Ferentino, 1206 Juni 9.

Reg. Vat. 7, fol. 97^r (Nr. 101).

*Bréquiigny, Diplomata, II/1 921, Nr. 102 = Migne, PL, 215, 915, Nr. 102; Villemagne, Bullaire
25 Pierre de Castelnau, 125, Nr. 35. — Bern. 5. 5. 2. — Poth. Reg. 2799; Mansilla, Documentación, 368, Nr. 343.*

Eidem¹⁾.

| Cum^{a)} secundum evangelicam veritatem operarius sua mercede sit dignus ac alibi scriptum sit, quod bovi tritुरanti os non debeat infrenari, multo

Le 10, 7
vgl. Dt 25, 4;
1Cor 9, 9;
1Tim 5, 18

30 ⁶⁾ S. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 216b mit Anm. 6; II 116a.

⁷⁾ Br. VII 229 Bd. 7 S. 408 Z. 10—13.

⁸⁾ Ebd. S. 408 Z. 23—S. 409 Z. 1.

⁹⁾ Der EB. von Tarragona.

¹⁰⁾ Zaragoza.

35 ¹¹⁾ Der Kontext von Br. VIII 93 (92) endet hier.

¹²⁾ Codex 10. 40. 9, 12. 1. 13 (Ed. KRUEGER 418, 453).

102. ^{a)} *Am Rande ein Kreuz mit einem kleinen Kreis darüber, ferner: CC.*

102. ¹⁾ S. Br. IX 48 Anm. 1.

vgl. Ct 2, 15
 amplius convenit digne remunerationis premio confoveri, qui legem zelans^{b)}
 divinam vulpeculas, que vineas Domini Sabaoth demoliri conantur quasi vo-
 lentes Christiane fidei observantiam astutis machinationibus abolere, in eorum
 exterminium efficaciter elaborat^{c)}, presertim cum eisdem prorsus exclusis ea-
 dem vinea fructificare possit uberius per opera pietatis. Hac^{d)} itaque conside- 5
 ratione prudenter inducti auctoritate presentium tibi duximus concedendum,
 ut universa hereticorum sibi que faventium bona mobilia, que ad tuas manus
 devenerint, dum eos exterminare studueris zelo fidei orthodoxe, ad tuum usum
 libere tibi liceat retinere. Bona etiam immobilia, que de ipsorum manibus
 eruere poteris hac de causa, retineas sine iuris^{e)} preiudicio^{e)} alieni. 10

Nulli ergo et cetera nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cetera.
 Datum Ferentini, V Idus Iunii, anno nono.

103.

*Innocenz III. trägt seinen Legaten, den Mönchen von Fontfroide P(eter) von
 Castelnau und R(adulfo), auf, dem König P(eter) von Aragón die Burg Lescure 15
 vorbehaltlich des Eigentums des apostolischen Stuhls im Bedarfsfall als Basis
